q; talia verba denotat spōsalia de futuro. de quo dic. vt per. d. Abb. hīc, & per doct. maximē do lac. in. c. ex parte. de spon. & ibi aliās dixi. ¶ In tex. ibi, quidā. Not. bene secundū do. Abb. & Imol. qd vbi agitur de peccato impediēdo, auditur testis nō citatus, neq; productus aliud: fecus, quia ingerens se est suspe ctus. l. que omnia. ff. de procu. & dixi. s. c. proxi. allegādo glo. in l. post legatū. ¶ Glo. j. in fi. verborū est secundū Bal. hīc. sed tenetur secundū solutionē, qd. c. series. nō procedit in matri. con trahendo. Ex quo not. Bal. hīc. qd matrimo. cōtrahendū nō est priuilegiatū prout cōtrahū: quia qd non est, priuilegiari nō potest. Facit licet ipse non dicat. c. pe de eccle. non edifi. & ad uerte: quia etiam matrimoniu cōtrahendum vno casu, habet priuilegiū. c. series. videlicet, qm̄ iam esset probatum impedi mentum, & quis iterum vellet probare: quia cū tunc agitur obuando peccato, procedet. c. series. Sed hīc propter hoc qd impedimentū probatur, & manēt separati, nō agitur de pecca to: meritō stat firma regula. c. fraternitas. Et ex hoc not. domi. Abba. & d. Benedictus hīc, qd vnū ius, qd venit exceptiue ad alias regulas, extenditur per identitatē ratiōis. sed non est mirum: quia hīc agebatur de fauore animæ: quo casu semper fit extensio, secundū lo. And. d. Ant. do. Abba. in. c. ex tenore. j. qui fil. sint legi. & Bart. post glo. in aut. sacramenta. C. si aduer. ven. & glo. in verbo. Aposto. in. l. omnes dies. C. de fe. & Domi. in c. pro humani s. fi. in. j. col. de homi. in. vj. & Abb. in. c. que fuit. de diuor. & do. Anto. in. c. ad eminentiā. de sent. excom. & Ro. in. l. sequitur. s. si viam. de vsufca. & Imo. in. c. cū contingat. in xxxvij. char. de iure iur. & in. c. fi. de p̄scrip. ¶ Et pro doctri na huius materie dicas, qd vbi cūq; vitiu nō est per partes re misibile, nunquā publicatio testiu, vel sentētia nocet: quia nō est in p̄tate partiū tacendo cōfirmare illud, qd de iure diuino te net: vel in quo subest peccatū. Secus si vitiu est remissibile: vñ si pronūciatur esse matrimo. inter duos, quorū vnus negauerat allegata solū voluntate & inefficacia verborū, si nō appel latur transit sentētia in rem iudi. quia ex quo non allegabatur impedimentū, videntur denuō consentire: vt hīc per do. Ab: quē videre potes. Et not. bene secundū vnum intellectū hīc, & in. c. cū inhibitiō. j. de clāde. despon. & in. c. frater. in pe. col. j. de frigi. qd iudex p̄mittere debet aliquale causē cognitionem ante, quā exaudiat volentē vti istis priuilegijs cōcernentibus matrimo. Et allegat Inn. qui hoc dicit in. c. tenor. in glo. ij. j. de re iud. vbi etiā dixi hoc fieri posse parte non citata. Et adde. qd p̄stāndū est prius sacramentū volenti in hoc casu producere testes, qd eos nō subornauerit, secundū Bald. hīc, per text. in simili in. s. quia verō. in aut. de testi. qd nunquā exeat mentem tuam. Et Bal. quedā alia ad intellectū. d. c. series. quā ibi referam. ¶ In eadē l. ibi: ignorabat pars. Hæc solutio nō erat neces saria, tñ est valde not. secundū do. Abb. qd vbi pars ante publi cationē nullo modo potuit diuinare certū quid, de quo appa ret testes deposuisse: admitteretur ad producendos testes con tra illud. Nec est verum, qd in casu. c. feris. potuerit iustriui: vt hīc per do. Abb. qui ad idē allegat Innoc. in. c. ex tenore. j. ti. pro xi. & bene dicitur in. d. c. fraternitatis. Extra glo. dicit Bal. hīc qd ingeniu suum hīc valuit extra materiā. De cre. inter multa, quæ dicit not. qd vbi nō tenet matrimoniu, ibi mulier nō effi citur de foro viri. l. cū quedā. ff. de iurif. om. iud. Et ideō. l. exi gere. ff. de iudi. non procedit in dote putatiua: & retuli limitā do etiā aliter illam legem in. c. j. j. de spon. Item dicit Bald. post multa, qd si iuravi te ducere in vxorē, non teneor accipere, si non das dotē. & allegat multa, vt per eum. ¶ Itē dicit, qd statu tum, vel pactum de dote lucranda, non habet locū, qn̄ matri. est illicitū habens perpetuam causam prohibitiōis, etiā si igno ranter sit contractum. Et idem no. Bal. in. l. j. C. de condic. ob. cau. & Angel. in. s. adscripto. in aut. de nupt. dixi aliās in. c. j. de dona. inter virum & vxorē post Rom. latissimē in. l. cū dotem. s. fi. ff. solutio. matrimo. Et scias quōd Bald. hīc latē ponit quā do ea, quæ mulier portat vltra dotem, dicantur esse bona pa raphernalia. vel non. & quando data sibi per sponsum simpli citer videantur donata, vel non. Et in hoc dat notabiles con tracturas, de quo etiam habetur melius, quā alibi per Rom.

consilio. cxlv. incipien. ista quæstio. & consil. cxxvij. incipien te, in prædicto dubio. per Bartol. in. l. j. s. nec castrense. ff. de colla. bono. per Roma. in aut. ex testamēto. C. de colla. cum cō cord. sequitur post celsionem.

SVMMA RIVM.

- 1 Nedom, per hoc verbum includeretur nedum habens iurisdictionem cum territorio: vt est Episcopus, sed etiam inferior: p̄a seclis cer clo loco, vel personis.
2 Officium, hoc nomen quid significet? Excommunicatus repellitur ab officio, nedum honorabili & publi co: sed etiam vili post nune. 2.
3 Litera episcopi & ordinarij & aliorū iudicū, an probentur nu. 4. 5.
6 Scriptura subscripta testibus, sed non manu eorum: non plus probat, quam simplex scriptura.
7 Litera episcoporū, vel aliorū ordinariorū, etiam sigillo authenticō munitur: vel testibus, qui se non subscripserunt: non probant. Nisi consuetudo esset, quod eis indistinctē credatur. nu. 8. vel nisi tales literæ induantur contra producentem eas, vel contra eum cuius sigillo sunt sigillatæ. nune. 9.
10 Litera commissorie iurisdictionis, per quas delegatur iurisdictione, faciunt fidem.
11 Literis citatorijs, vel requisitorijs, sigillatis sigillo authenticō.
12 Literis ordinarij, an probetur excommunicatio.
13 Litera excommunicationis, quando opponuntur in vim peremptorie non probantur.
14 Mandatum procuratorij solo sigillo Episcopi, vel alterius Prælati munitur, probat absque alia solemnitate.
15 Litera testimoniales attestates facti extra iudiciū de presenti gestū coram se circa pertinētia ad officium ipsius scribētis faciūt fidē.
16 Litera de facto valde antiquo probant: puta, si loquantur de fini bus, in quibus sufficit p̄sumpta probatio.
17 Litera Principis, vel Regis non recognoscens superiorem faciunt fidem. Rationem ponit à simili. Sigillum, vt probet, vel sit authenticum, quæ: quot requiruntur post nu. 17. vers. Sed est aduertendum.
18 Litera ordinariorū subscripta, sed non sigillatæ, cōsentur literæ priuatæ: quibus creditur contra scribentem, si probatur, quod ipse scripserit.
19 Litis arbitrorum non plus creditur, quā literis priuatis.
20 Constitutio procuratoris excommunicati est ipso iure nulla sine ope exceptionis. Nisi constituens certificatus de absolutione, perseueret in sua voluntate. post nu. 20. vers. hanc conclusionem, vel nisi etiam perseuerans in consensu erroneo ex postfacto ratum habe ret gestum per ipsum nomine suo. nune. 21.
22 Inhabilis constitutus procurator, excepta causa excommunicationis non repellitur, quando cessante inhabilitate reconualecit consti tutio: quia non est à principio nulla.
23 Excommunicatio superueniens post mādatum, non inhabilitat ipsum mādatum. Tenent enim acta, si non opponatur. Agere, qui potest, an possit constituere procuratorem. post nune. 23. ver. Et aduerte vbi habes annotatum in margine.
24 Gestā cum procuratore excommunicato etiam occulto, sunt nulla.
25 Excommunicatus de facto constitutus procurator eum potestate sub stituendi, non potest validē alium substituere p̄a supposito, quod constitutio facta de ipso sit nulla.
CAP. VII.



Post celsionem. ¶ Per literas or dinarij probatur excommunicatio, nisi cōtrarium probetur. n. d. ¶ In tex. ibi: iudicis ordinarij. nota per hoc verbum nedū includi habentem iurisdictionē cū territorio: vt est Ep̄s, sed etiā inferiorē p̄fectū certo loco, vel p̄sonis. Ad idē. c. ordinarij. de offi. ordi. l. vj. cū gl. ij. p. quā dicit ibi Do. no. qd in materia adaptabili, verbum ordinariū, comprehendit inferiores Ep̄scopos. qd est vtile ad statuta secū dū dominū Abb. hīc. Nec mirū: quia ad esse iurisdictionis nō requiritur omnino territorium: vt per Bald. in. l. j. s. cum vr bem. circa mediū. ff. de offi. p̄fec. vrb. licet aliquādo aliquid importet: vt per Bart. in. l. sequit. s. si viam. in vlti. q. ff. de vsu-



cap. secundū do. meū hīc. Qui subdit, si diceretur, dam⁹ tibi iurisdīct. quā habent alij ordinarij, nō intelligitur aequari habētibus ordinariā ex causa speciali. per text. cū glo. in. l. si aliquā. in. ff. de offi. procon. Et quomodo cognoscatur, q̄ potestas vrbis per statutū faciat adherentes potestati ordinarios: vide Ioan. Andr. in Spec. in tit. de assē. §. officium. in. ff. De materia per do. Ant. in. c. dilectio. in. viij. col. 3. de offi. Archi. & do. Ab. in. c. cum contingat. in. iij. col. cū ibi allega. §. de foro compet.

¶ In tex. ibi: officii proc. Noto ad statuta loquentia de habentibus officium: quia venit procur. quia largo mō quolibet ministerium necessariō explicā. dici potest officiū, secundū do. Abb. & alios hīc. Quibus adde Do. in. c. si quem. de procur. in. vj. vbi dicit, q̄ si assumens officium tenetur ex statuto soluere gabellam, soluet etiā procu. Idem de offi. notarij dicit Angel. cons. xxxij. nisi esset notarius Princi. quia talis habet dignitatem. l. j. C. de man. Princ. sicut de coquo Principis dicit Bal. in. c. j. in. tit. de feudo. guar. & sicut de medico Principis. dicit tex. in. l. j. C. de Com. & Arch. lib. xij. Idem dicas, quōd prædicator dicitur habere officiū. c. qd̄ Dei timorē. de statu mona. Et ibi dicit do. Abb. q̄ prohibitus exercere officiū, in loco non pōt ibi prædicare. Idem dicas de custode artis secundū Pet. de Ancha. in. c. j. de consuet. in. vj. vbi ita refert se consuluisse Senis, propter statutum qd̄ prohibebat habētē vnū officiū posse ad aliud assumi. Idē dicas in arbitrio. c. vno delegatorum. §. de offi. deleg. Et ibi dicit do. Abbas: not. ad statuta punientia delinquentes in officio. Dicit tamē Imo. in rubr. §. de offic. deleg. attendi debere, an verba statuti intelligantur de officio habente iurisdīct. & quid de consuetudine: & in dubio potest intelligi etiam de nō habente iurisdīctionē. Et adde, quōd priuatus officio intelligitur de officio ordina. non dignitatis, secundum Do. in. c. j. per illum text. de re iudi. lib. vj. Et de hoc verbo officium, vide magistraliter Pet. de Anch. in regula, ea quæ in. princ. de regu. iur. in. vj. per Archi. in. c. monachus nō docentis. xvj. q. j. per Bart. in. l. j. ff. de iur. om. iudi. per Bal. in rubr. C. de oper. liber. per Saly. in. l. officio. C. de neg. gesto. per Rotam conclusionē. clxvij. in nouissimis. per Bal. in. l. j. in. ij. col. C. si a non compe. iud. per Alb. in. iij. parte statutorum. q. lxxxvj. per Ioan. de Ana. in. c. j. in. j. col. j. de sagit. per Roma. in rubr. de arbi. in. xij. col. & Calde. in. tit. de transla. Præla. cons. j. per do. Anto. in. c. de multa. in. x. col. j. de præbē. per Do. post Archi. in. c. j. de consue. in. vj. per do. Ab. in. Cle. dispēditiofam in. princ. de iudi. ¶ In tex. ibi: cum officium. No. q̄ in cōsideranda habilitate, vel in habilitate personæ, debet attendi tempus, quo actus ad personā applicatur. Ad idē. c. si eo tempore. de re script. in. vj. per quem tex. concludit Bal. in rubri. C. de condi. ob tur. cau. in. vlti. col. qd̄ prohibiti eligi propter bānū imbutus pendēte bāno, & electus, eo finito non est bene elect⁹ quia non iuuat superueniens habilitas. Et in hoc multa & varia adduci possent: sed quia opportunē & copiosē scripsi in. c. cū dilectus. de accus. idēo repetere superflūū puto. ¶ Not. vltimō, q̄ in odiū excōicati repellitur nedū officio honorabili & publico: vt in. c. decernimus. de sent. excō. in. vj. & à beneficio. c. postulatij. de clerici. excō. mini. sed etiam ab officio vili, quale est officii procu. à quo infamis nō repellitur: vt in. §. fi. in. ff. in. ff. de except. Et habetur maximē per dñm Ab. in. c. in pertractandis. §. de iura. calū. Et hoc, vt facilius respiciat. vt. c. pia. de excep. lib. vj. & tale officium nedū nō imprimatur actū, sed nec habitū: quia soluta excōicatio nō reuincit, vt hīc. & hoc vt intelligatur, & etiam illud, qd̄ principaliter habetur in tex. de literis ordi. venio ad glo. ¶ In glo. j. in. ff. Super hac materia, qn̄ credatur literis ordi. prosequere, vt valde diffusē per omnes scribentes hīc: maximē do. Abb. referentē decem opi. cū sua. & plenē & copiosē per Spec. in. tit. de proba. §. fin. vers. x. & in. tit. de deleg. §. superest. vers. creditur quoq̄ sigillo. per glo. in. c. ad probandū. de re iudi. Per do. de Rota conclusionē xxij. in. nouis. per glo. ordi. & ibi Archi. in. c. cure. xj. q. iij. per glo. j. & per Arch. in. c. testes iij. q. ix. per do. Anto. in. c. ij. circa fi. de fide. iustro. & per do. Ct. allegados. Et quia de dictis doc. hīc notitia habetur: idēo iuxta morē pro plena cognitione ad

eos me referens: vt ex multis saltem habeatur, quid teneri debeat. Facio duas conclusiōes miscendo vtiora dicta doct. hīc & in locis per eos non adductis. ¶ Prima conclusio: qn̄ litera Episcopi. vel alterius ordinarij apparent sigillatā sigillo aut. ip sius ordinarij, & sunt subscriptæ manu testiu, faciunt fidē sufficientē, secundū Inno. in. c. j. in. j. opposi. de. fi. instr. Facit. c. si canonici. de offi. ordi. in. vj. vbi de sigillo fit mentio. ad idem. c. qm̄ j. e. & c. pe. §. de procu. Et hanc conclusiōē tenet Calde. do. Ant. Imo. & do. Abba. ¶ Amplia primō hanc cōclusiōē nedū in spectantibus ad officii sigillantis, sed etiā in alienis negotijs, secundū do. Abb. hīc per tex. in. c. ij. de. fi. instru. indist. loquentē. Et not. do. de Rota conclusionē. xxij. quæ incipit, itē fuit dubitatū in nouis. dū loquuntur etiā de præiudicio Apo. impetratis. Sed contrariū tenet do. meus hīc. & fortē nō male quia sigillū collegij videtur inuentū: vt fiat fides in negotijs collegij. c. cum dilectā. de rescript. cū materia. Et clarū est, qd̄ si sigillum probat solū in his, super quibus est inuentū. c. signifi. cavit. de appel. Ad idē allegat, quōd scribit not. Bal. in. l. fi. C. ad Macedo. vbi dicit, q̄ filius. mercator obligatur ex forma statuti: intelligitur solū in factis mercantia. Vnde nō videtur ratione officij posse authenticari id, qd̄ non pertinet ad offic. secundū ipsum quē sequor: propter ea, quæ aliās pulchrē adduxi in. c. Petrus. de homi. in. vlti. fallentia. de homi. vbi latē probauit, qn̄ certa causa dat alicui fauorem, nō extenditur fauor extra illā causam. Et ibi dictis addo Ro. cons. ccv. inci. in. pun. do. & c. vbi dicit, q̄ si debet stari scripturæ mercatorū: tñ scripturæ mercatoris extra factū mercantiæ nō stabitur. Allegat Io. An. in. Spec. de instr. edi. §. nunc dicendū. & l. & ita §. eodem mō. ff. nau. caup. stabu. Et adde extrauagantē Inno. v. quæ inci. Apostolica. vbi dicitur, q̄ immunitas concessa capella. & scriptoribus Apost. vt inferior eos nō iudicet: intelligitur qn̄ per hoc impediretur eorū officii: aliās non. ¶ Cōsidera tñ, quia procedere posset ista ampliatio, qn̄ in loco nō esset vsus tabellionis: quia sigillū iudicis ordinarij facit fidē de contractu, secundū Bal. in. c. j. circa prin. in. tit. de pace. Constā. vbi alleg. Ioan. Andr. in. c. seculares. de fo. cōpe. in. vj. qui tñ præsupponit consuetud. hoc induxisset: idēo non affirmo. ¶ Item ampliā istam cōclusiōnem non solū in leuib⁹, sed etiam in arduis. per d. iura. & non solū in literis promulgatorijs seu dispositionis, sed etiam citatorijs, vel continētibus aliquā sententiā: vt hīc & d. c. qm̄. in. fi. Idem si sint literæ testimo. attestantes aliquid factum, vel nō factū: puta, q̄ Titius permutauit benef. cū Sēpronio: vel quid simile, secundū Rotam: vbi. §. Itē proceditur siue cōtineat iudicialia, vel extraiud. vt not. d. Abb. hīc. per. d. c. qm̄. ¶ Fallit ista conclusio, nisi talis scriptura esset scripta sed nō manu eorū: quia non probat plus quā simplex scriptura de qua in sequenti cōclusiōne secundū Io. Andr. Abb. d. meū. & do. Benedictū hīc: per. c. j. in. ff. secundū vnū intellectū. §. de procura. & l. scripturas. C. qui potio. in. pig. hab. quia de facili potuerunt describi in fraudem. Idē Archi. in. c. placuit. vj. q. ij. & in. c. vt circa. de elect. in. vj. quicquid dixerint do. Ant. Imo. & Car. Nec aliter sensit Cald. hīc secundū primos: quia vtitur verbo subscriptiōe: nec reperitur iure cautū literis credi q̄b te sium interpretatiōes, nisi ipsi scripserint dictas scripturas: vt hīc per eos declarantes hanc opin. procedere, qn̄ literæ essent scriptæ à priuato, vel etiā à notario, sed non in forma aut. nec suo signo. per notata in. d. l. scripturas. Sed si manu notarij in forma publica, & suo signo cū descriptione testium procederet alia opin. quia literæ probabunt. l. in. dona. §. de dona. & in. §. sed neq̄. in. aut. de fide. instru. & cautela. ¶ Secunda conclusio literæ Episcopi. vel aliorū ordinariorum, etiā sigillo authenticō munitæ, vel testibus, qui non se subscriperunt, non probant, secundū Innoc. in. d. c. j. de fide. instru. & Ioā. An. Io. Cal. d. Ant. do. Abb. Bal. & cōmuniter omnes hīc. Et dicit Do. in. d. c. vt circa. §. j. in. ij. col. hanc esse finā. conclusiōem do. hīc. Et de rōne vide optimē do. mi. Abb. hīc demonstrantem periculum dāni, qd̄ ex falsitate probationis resultare posset subditis: propter quod sicut viuē voci Episcopi. in grauib⁹ nō statur. c. si Epi. vij. q. ij. & c. qm̄. j. e. ita nec mortuē quē facilliter fraudari posset.

ri posset. ¶ Fallit primō ista cōclusio, nisi consuetudo haberet, q̄ eis indistinctē staretur (scdm Inn. i. d. c. j. Et sentit hīc Io. An. ad eū referendo Cal. & est cōs. opi. scdm do. Benedictum hīc per. c. cū dilectus. de. fi. instru. & p. l. j. C. de emācip. lib. Ad de qd̄ no. Do. in. c. quis. in. iij. col. de procur. in. vj. vbi dicit, q̄ vbi aliās non crederet plenē sigillo: tñ plenē credit, si hoc habet cōsuetudo. & ita dicit pluries se rōdiffe Senis. Et in terminis nostris no. Bal. in rubr. C. de. fi. instru. in. pe. col. vers. vij. dicens, q̄ talis cōsuetudo pōt operari: vt credat talibus literis in quocunq̄ facto. & idēo dicit Do. post Io. An. i. c. seculares. de fo. cōpe. l. j. vj. q̄ si est cōsuetudo in loco, q̄ notarij loco iudex faciat apponi sigillū suum scripturæ, & probet valebit & in contractu facto cū clerico. Et dicit do. de Rota conclusionē xxij. q̄ quicquid recitēt scribentes hīc gñalis consuetudo totius orbis & curia apostolica tenet hoc, q̄ in spectantibus ad officii ep̄i, & inter subditos suos extra cām propriā, qn̄ nō procedit vt iudex: sigillum ep̄i facit plenā fidē: aliās non. Et subdunt, q̄ creditur literis suis de permutatione: sed an credat de collatio ne: dicit attendēdū vtrū subfit suspicio fraudis: puta propter Apostolicū expectare, vt per eos. & ad hoc vltimū vide eisdē conclusiōne. cccxlj. inci. item voluerunt. vbi hoc extēdit ad omnē potestātē habentē conferendi, vel à Papa, vel quocūq̄: vt sunt executores, vel similes: quia eorū solis literis sigillatis non stabit. & vident loqui indistinctē. ¶ Fallit secundō, nisi tales literæ inducant cōtra producentē eas, vel cōtra eū, cuius sigillo sunt sigillatæ. Nā contra eū probabūt per. l. Publica. §. fi. ff. de positi. & l. si procuratorem. ff. de procur. & l. ij. C. de reb. cre. & c. quorundā. de solu. scdm Cal. Imo. & d. Abb. hīc. Adde Bar. in. l. ij. ff. de stip. seruo. vbi dicit, q̄ instrumentū procuratoris factū ab ipomet, qui cōstituit, probat cōtra ipsum: sed nō pro ipso. Facit tñ scdm do. meū hīc q̄ licet literæ sigilla teri probent madatū cōtra sigillatē, cū sola traditio sigilli non probet gñale mandatū. allegat Archi. in. c. is cui. de procu. i. vj. & Bal. in. l. si procurator. ff. de procu. Tu vide decisiōem in. c. quis. de procura. in. vj. & Bal. in. l. j. versus si. C. de procura. & Imo. clarius in. c. si quorundā. in. iij. col. Et istud placet: quā absurdū videt tenere simpliciter, q̄ contra eū, cuius noīe literæ sunt cōfictæ plenē probet: quia in eius iudiciū facile cōmitteretur fraus iuxta. c. tertio loco. §. eo. ¶ Fallit iij. in literis cōmissoris iurisdīctionis, per quas delegat iurisdīctio: quia talibus creditur per. c. cū in iure. de offi. dele. scdm Imo. & d. Benedictū hīc allegates Bart. in. d. l. si procurator. & c. significauit. à cōtrario sensu. de ap. Adde do. de Rota cōclusiōne. cccxij. præallegata: vbi dicunt, q̄ subdelegatio probat p literas de legati. Allegant Archi. in. c. si a subdelegato. de offic. delega. in. vj. vbi hoc dicit. & sequitur ibi Do. post Io. An. in. princ. quia subdelegatio, vel cōmissio, nō sunt acta iudicij, & hūt sine causæ cognitione scdm eos. Idē etiā. d. Car. in. Cle. j. circa princ. de procu. & Pau. de Leaza. in. cōmēto. c. cū dilectus. in. v. col. j. de. fi. instru. ¶ Fallit iij. in literis citatorijs, seu requisitorijs, quā talibus literis sigillatis sigillo ordinarij authenticō credit, secundū Imo. & d. Benedictū, per id qd̄ habet in. c. nō debet. lxxv. di. & in. c. si ep̄s. xvij. di. & in. c. prudentia. in. prin. de offi. deleg. Idē de literis per quas canonici cōgregatur. c. statuimus. xvij. q. iij. & c. cū inter canonicos. §. de ele. Adde Bal. in. l. si qua per calumniā. C. de ep̄i. & cleri. vbi multa & pulchra ponēs in materia dicit, q̄ literis ep̄i attestantibus quem esse clericū statur. ¶ Fallit. v. in his, q̄ sunt leuis præiudicij: puta in viā excōicationis, vel simili sermone. Doc. hīc per istū tex. & per. c. curie. xj. q. iij. Adde Bal. idē dicentē de literis aliorū officialium in. l. pacta nouissima. C. de pac. & ibi dicit per istū tex. q̄ literis ep̄i foporū credit in eo actū, qui sola eorū autoritate vtit. Idē Pau. in. d. c. cū dilectus. & adde. do. Abb. in. c. cū in ecclesijs. in. pe. col. §. de ma. & obe. vbi dicit, q̄ isto casu literæ prælatorū faciunt aliquale probationē: & dicit esse casum menti tenendū ibi. Et dicit ibi Cal. sub isto casu comprehendī. xxxij. tex. quos ipse allegat, & arbitratib⁹ arduitas rei iudicij superioris nō autem producentis literas scdm eū, qd̄ not. & vide q̄ aliās dixi in. c. sic ut. de sen. excō. vbi est vna gl. singu. Et adde Spe. in. titu. de

remis. §. vtile. ver. sed nunq̄d remisio. vbi dicit, q̄ literis executorijs sigillatis creditur, qn̄ de processu nō iudiciali refert superior propter leue præiudiciū, cū superior habeat reuiderē: vt ibi per eū. & adde tex. & ibi Bart. in. l. Diuus. §. cū autē. ff. de offi. p̄f. vbi quo ad facultatē inquirēdi iustū creditur literis sigillatis: quia hoc ponit inter ea, quæ sunt leuis præiudicij, vt per Bar. in. l. Diuus. ff. de cust. reo. Et procedit ista cōclusio etiā in literis testimonialibus: puta de ordinib⁹ alicuius, scdm Io. an. & Cal. hīc: vel de ipsa excōicatione scdm. d. Anto. hīc indistinctē. Imō dicit hīc do. meus, q̄ omni casu quo promulgatoriæ probat, semper probabūt & testimoniales: quia iste tex. loqui videtur in testimonialib⁹, ex quo admittit probationē in contrarium. ¶ Sed circa istud no. duo. Primō q̄ vbi literæ excōicationis opponerent in viā peremptoria nō probaret scdm Io. An. & d. Ab. & Imo. hīc: quia agi posset de maximo præiudicio: vt exemplificat. d. Abb. quē vide in simili optimē loquentē in. c. vnico. de sagit. licet in hoc aliter sentiat. d. Ant. hīc. & minus bene. Et ex hoc inferitur, q̄ si in iudicialibus allegarent literæ etiā de excōicatione præterita: vt aliquis euitetur: bene probabunt. Secus si ad finē perimendi intētionē. ¶ Itē not. secundō, q̄ in materia præiudiciali, verba enunciativa de facto præterito posita in literis ad alium finē sigillatis, & etiā subscriptis nō probat, vt per multa cōcludit Cal. hīc. & allegans Inn. in. c. quoniam. j. e. ¶ Quid autē aliās operant verba enunciativa, non tangit hīc. sed in. c. cū dilectus. de suc. ab inte. & i. l. ex hac scriptura. cū fi. ff. de dona. Et hoc intellige salua consuetudine & materia leui, scdm Cal. cui adde omnino Rotā cōclusiōe. cccc. in. nouis. vbi post multa volunt credēdū esse literis ordinarij, loquentibus de institutione, etiā si attestant præsentationē præcessisse, licet præsentatio aliter nō probet, quā probatis extremis. s. vacatio ne & institutione: præsumit mediū. s. præsentatio, vt per gl. in. c. volumus. xvj. q. iij. cū fi. Facit qd̄ dixi in. c. ij. §. eo. dū terigi de probatione interesse, q̄ est priuilegiata, sicut exp̄sa instrumento: maximē cōcesso consequētī, includit antecedens. l. illud. ff. de acq. here. qd̄ est intrinsecū: idēo præsumit. l. sciendū. ff. de ver. obli. est verū, q̄ admittet præiudicium cōtrariū scdm ipsos per Cle. j. a speciali de probatio. licet aliter dicat Ro. in. l. sciendū. xx. col. ff. de ver. obli. Et subdit Bald. hīc, q̄ literis ep̄i de aliena excōicatione nō credit, per. d. Cle. j. sed de propria creditur nō solū, quæ nūc fert: sed etiā de lata quondā. quod vltimū intelligi ge. vt. §. dixi post Cal. ¶ Fallit. vj. in madato procuratorio secundū Rotā deci. clvij. inci. itē q̄ valet, quia probat solo sigillo ep̄i, vel alterius prælati, absq̄ alia solēnitate scdm eos. Allegat Hosti. in. c. j. §. de procu. & gl. & doc. in. Cle. j. e. tit. & c. sopita. de cens. & c. dilectus. de reli. do. Dicit tñ, q̄ sigillū ad causas non facit in alijs articulis. Allegant Spe. de instr. edi. §. postremo. ver. itē q̄ non est sigillatū. & in. tit. de citatione, vel literis. igitur. Sed istā fallentiā declara oīno, vt per Imo. post. d. Ant. in. Cle. j. ix. col. de procur. post Bart. in. l. si procuratorem. ff. e. ¶ Fallit. vj. in literis testimonialibus attestantibus factū extra iudiciū de præfenti gestū corā se circa pertinētia ad officium ipsius scribetis: quia credit literis suis sigillatis scdm Hosti. hīc, & Inn. in. c. ij. de fide. instru. Ad hoc qd̄ ipse no. in. c. j. e. titu. & Rota cōclusiōne. xxij. dum loquunt de ep̄o attestate de permutatione corā se facta scdm do. Benedictū hīc. Adde tex. in. c. inter dilectos. ver. sed priuilegiū. de. fi. instru. & in. c. sup. his. iuncto prin. cū fi. eo. tit. vbi per literas sigillatas sigillo cardinalis cognitio fit fides de absolutiōe voti ultramarini, per quē text. dicit hīc. d. meus sustineri posse, q̄ in oibus actibus voluntariæ sigillantis credat literis sigillatis: secus in iudicialibus, vt hīc p iura hīc allegata in gl. & ita intelligit opi. Ioā. An. qui multum largē in hoc locutus est post quendā antiquū in. tit. de instru. edi. §. nūc dicendū. additione magna. ver. etiā supplementū. & ad. c. ij. de fid. instru. vbi etiā i extraiudicialibus vltra sigillū requirit subscriptio. rñder, q̄ rectē intueōdo nō probat. Ad. c. j. de procu. vbi requiritur maior cautela, q̄ oporteat respōdet illud esse propter malitiā illius: cū regulariter solū sigillum in procuratorio sufficiat: vt per doct. in. c. si quorundā. de sol. &



Bal.in.l.j.in fi.C.de procu.Sed tñ hoc non firmat propter rationes doc.melius cõcludentes. Et istã fallentiã intellige, quãdo est probandus actus factus ab epõ extraiudicialiter: sed si oporteret producere ipsum i teste corã iudice, oportet vt voce, non literis testificet. Ita declarat Do.in.c.testes.ij.q.vij.in ij.col.dicẽs hoc modo intelligendã esse gl.ubi. Et vide eundem post Arch.in.c.placuit.vj.q.ij.vbi tradit pro doctrina, q̄ creditur literis cuiuscunq̄ de his, q̄ facere põt & debet rone offi cij. & allegant multa de qbus per Inno.in.d.c.j. ¶ Fallit.vij. in factis valde antiquis, in qbus sufficit p̄sumptua probatio, quia tales literẽ probat: puta si loquant de cõfinibus, per.c.cũ cam.j. eo. & c. si Papa. de priuilegijs. in.vj. scdm Imo. & do. Benedicũ hĩc, dicentes talibus literis enũciatiuis ordinariorum credi etiã contra alios: licet aliã probet solũ cõtra scribetẽ. l. optimã. C. de contrahen. stipu. nisi essent literẽ Papę. Cle.j. de proba. per Bart.in.l.nuda. ff. de dona. scdm eos. Adde Inno.in.c. veniẽs. prope fĩj. de ver. sig. quẽ latẽ refert Bal.in.l.cõuenticulam. C. de episc. & cle. vbi dicit, q̄ in istis antiquis fama plenẽ probat: licet aliã semiplenẽ. & cõfirmat, vt latius dicit in d.c. cũ cam. & in.c. veniẽs. el.j. in titu. proxi. ¶ Fallit. ix. nisi literã emanarẽt à plurib⁹ p̄latis, per.c.cũ olim. s. de do. & cõtu. secũ dum do.c. hĩc. Adde Archi. Io. An. & Do. idẽ tenentes. in d.c. vt circa. Allegant. c. vt in ecclesijs. s. de ma. & obed. & c. pe. de purga. cano. & c. nõ sine. s. de arbi. ¶ Fallit. x. vltra oẽs quo ad semiplenã probationẽ: quia illa semper orit, vel operant literẽ p̄latorũ: scdm Inno.in.c. in p̄sentia. in pe. gl. s. de renũ. quã reputat singularẽ do. Car. & Imo. ibi. & d. Ab. in d.c. cũ ecclesijs. ¶ Fallit. xj. in Principe, vel Rege nõ recognoscẽte superiore: q̄a sicut põt iudicare in cã propria: vt per Bar. in.l.j. C. ne quis in sua cã. ita põt authenticare scripturã, etiã ad cõmodum propriũ suo sigillo, scdm Bal. post Pe. in.l. nec exẽplo. ad fi. C. de pro. qd̄ est valde solẽne scdm do. meũ hĩc. ¶ Fallit. xij. & vltimõ in literis testimonialibus emanãtibus ad requisitiõnem Papę etiã si attestent de his, q̄ sunt in iudicio: dũmodõ sint de pertinẽtibus ad officiu scribetis: & maxime si Papa vel superior requirẽs tales literas dicat se eis fidẽ daturũ, secundũ Imolã & d. Benedic. hĩc. Allegat. c. intimasti. de ap. & c. cũ dilectus. ver. is igitur. de pur. cano. Adde tex. in.c. ij. de cri. falsi. cũ alijs iuribus habẽtibus similem casum. ¶ Sed est aduertendum: q̄a in istis casibus exceptuẽs oportet, q̄ cõcurrat qdã. Et primõ requiritur, q̄ sigillũ ordinarij sit authenticũ. & hoc constat scdm d. Abb. hĩc. Quod verõ dicat authenticum, vide Spe. in tit. de procur. s. rone autẽ forme. ver. itẽ q̄ nõ est sigillum. & in tit. de proba. s. fi. ver. x. ipsum allegat cõclũ. l. vij. ¶ Secundõ requirit, q̄ sigillũ sit propriũ, vñtatũ, deputatũ materiẽ cui imprimitur: scdm Bal. hĩc, per tex. optimũ in.c. significauit. de app. licet aliter Inno. hĩc, & malẽ scdm eũ. ¶ Tertio requiritur, vt in literis scribat apposituẽ esse sigillũ scdm Pau. de Leaza. latẽ in d.c. cũ dilectus. in v. co. nisi probaret sigillũ semper cõsuetũ apponi talibus literis, p. d. c. significauit. secũdũ ipsum. ¶ Quarto requirit, q̄ sigillũ sit cognitũ illis, qbus p̄sẽtant, aliã requirit maior solẽnitã, per tex. in.c. j. s. de cle. peregr. Quod intellige & declara, vt per gl. in ver. ignotã. i. c. super his. de fi. instr. & ibi latẽ per d. Ab. in. ij. col. & p. d. Ant. in. d. c. j. de cle. peregr. & per gl. in. c. j. xij. di. ¶ Quintõ cõsidera accuratẽ, qd̄ scribunt do. de Rota. cõclũ. xxij. sepe allegata: inquantũ dicũt, q̄ quoties subest fraudis suspicio, nunq̄ probat tales literẽ etiã extrãte quacũq̄ cõsuetudine. Pro qbus inducit subtiliter do. meus hĩc. d. c. j. de procur. Ex quo \* potes nõ \* incongruẽ gñaliter tẽperare quasi oẽs istas fallentias: nisi agerẽ de maximo p̄iudicio: quia tunc qua rone est induta regula in ista materia: eadẽ rone infringentur fallentiẽ: licet scribentes ad hoc non aduertãt. sed optimẽ facit cõsideratio do. Abb. & sequaciũ, de qua dixi in vj. fallẽtia circa probandã ex cõm. ¶ Tertia cõclusio literẽ ordinariorũ subscriptẽ, sed non sigillatã censet literẽ priuatã: qbus credit cõtra scribetẽm probato, q̄ ipse scripserit. l. si procuratorẽ. ff. de procura. l. Publica. ff. de depõ. & habet in. c. olim. de cen. & nõ probant contra tertiu: nisi prout aliã scripturẽ priuatã, de qbus in. l.

scripturas. C. qui poti. in pig. ha. & dicitur in. c. ij. de fi. instr. ¶ De literis autẽ delegatorũ dicas cũ. d. Ab. ¶ q̄ his casib⁹, qui bus ordinario credit eis dẽ dele. De literis arbitrorũ dicas nõ plus eis credi, q̄ literis priuatis, scdm eundẽ. De literis vel testimonio cardinaliũ, maxime super legatione dicit plenẽ in. c. qd̄ super his. de fi. instr. De literis apostolicis dicit in. c. nõ bis. tit. proxi. Reliqua in materia dic, vt per do. hĩc. & aliquid per Bar. in. l. si procuratorẽ. ff. de proc. & in. l. si publicanus. s. j. & ibi copiosẽ per Roma. ff. de publi. per Ang. in. s. eos. cũ se. in aut. de colla. per Bar. in. l. j. si q̄ neget. ff. quẽad. testa. aper. & per Bal. in. c. j. in verbo muniti, in tit. de pace. Cõstã, per Do. post Archi. in. c. qui in aliquo. l. j. di. ¶ Gl. fi. in. fi. multa & pulchra ponunt hĩc perfecte do. do. de effectu excõicationis circa actum procurationis, & quia nõ sunt multa addẽda restringe substantiã omniũ, q̄ ipsi dicunt per tres cõclusiones. ¶ Prima conclusio, constitutio procuratoris excõicati ipso iure est nulla sine ope exceptionis, scdm Spec. in. tit. de procu. in princ. & Io. An. Cal. d. Ant. d. Ab. & alios hĩc: quia si madata nõ esset nullum ipso iure, nõ põderat tps acceptati mandati, & idẽ respondet, q̄ si postea sequit absolutio: procurator non possit agere, & sic mandatũ erit nullũ, etiã si excõicatio sit occulta: vt sentiunt doc. tenẽtes sequentẽ cõclusionẽ: quia in requirẽtibus consensum duorũ, incapacitas vnus vitiat actũ. c. ei, cui. de preb. in. vj. facit. c. fi. de procu. ¶ Hãc conclusio declaratur tripliciter. Primõ, nisi cõstituitur certifica, de absoluteone per seueret in sua voluntate: quia valet cõstitutio ex isto nouo consensu: imo scdm d. Ab. nõ requiritur nouus, & exp̄sus consensus, prout voluit hĩc. d. Ant. quia de hoc nõ est dubiũ. Et facit qd̄ no. Inno. in. c. ex parte decani. s. de refcri. vbi tacitus cõsensus facit quẽ procuratorẽ. Est text. in. c. fi. ibi sciente. de iureiur. in vj. Et adde q̄ in dubio non p̄sumitur mutata voluntas: nisi appareat. c. maiores. de bapri. c. ij. de cõiug. seru. Et idẽ probata sciẽtia absoluteonis cõstituentẽ, validabit cõstitutio, & probãda est ipsa sentẽtia propter regulã, p̄sumit. de re. iud. in. vj. Et hoc diligẽter nõ qm̄ si non appareret de snã absoluteonis, nõ sufficeret non mutata voluntas: quia est erronea siue aliqua ignoraret de excõicatione: siue quia crederẽ cõstitutũ capacem officij: & idẽ tanq̄ semper erronea nõ operet. c. pro posuit. de cõiug. seru. c. j. de eo, qui duxit in matri. quã poluit. scdm do. hĩc respõdentes hoc modo ad. c. licet. de procur. in. vj. & l. obseruare. in. fi. ff. de offi. procons. ¶ Secundõ declarã: nisi etiã perseuerã in cõsensu erroneo, ex postfacto ratum haberet gestũ per istũ noie suo, per. l. licet. ff. de procur. & regulam, rati. de re. iur. in. vj. cũ ibi alle. scdm Cal. & do. Abb. contra quos multũ facit: quia rati habitio requirit extremũ habile. l. bonorũ. & ibi Bart. ff. rem ra. hab. plenẽ Imo. in. c. cũ vos. de his, q̄ sunt à prela. cũ concor. ¶ Sed hĩc extremũ, ad qd̄ refertur rati habitio, nõ est habile: quia stãte excõicatione nõ potuisset verẽ eũ cõstituerẽ: vt hĩc. Ergo fictio non possit operari super impossibili. s. minorẽ. in. tit. de adop. Nisi fortẽ dicas, q̄ rati habitio facit actũ valere, nõ tanq̄ gestum virtute madata nullius: sed quia actus à quocũq̄ gestus potuisset ratificari per id qd̄ no. Ang. in. l. Põponius. in. ij. col. ff. de ne. gest. vbi dicit, q̄ quisq̄ põt habere rata gesta per procuratorẽ reuocatũ, quando id qd̄ gerit põt haberi ratũ à quocũq̄ gestum fuisset. & ita dicit quasi tenere Inno. in. d. c. ex parte. & subdit tene mentũ: quã amplius audiuit. Sed certẽ per hoc nõ tollit motiuũ, quã istud intelligit, qn̄ rati habitio habet supplere defectũ mandati p̄supposita habilitate procuratoris. & ita loquitur. d. l. licet. Sed hĩc defectus mandati surgebat ex incapacitate constituti: idẽ nõ videt posse validari: quã nõ est verũ dicere extremum fuisse habile, & idẽ poteris cogitare. ¶ Tertio declarã & limita istã cõclusionẽ: vt non procedat in alio inhabili, qui cõstitueretur procu. Nã cessante inhabilitate recõualefcit cõstitutio: nec à princ. nulla, si nõ opponatur scdm. d. meũ hĩc alle. gãt. Bar. in. l. si filiũs. s. veterani. in vlti. q. ff. de procur. & in. l. militẽ. & in. l. exigendi. in princ. C. de procu. & Ioã. An. Imo. & do. in. c. qui gñaliter. s. fi. de procu. in. vj. Est ergo spãle in excõicatio, scdm ipsum. ¶ Et nõ. q̄ excõicatio superueniẽs post madata non

datum nõ inhabilitat ipsum madata: qm̄ acta tenet, si nõ opponatur, scdm Io. An. d. Ant. & alios, q̄a habet fundamẽtu potestatis, licet per oppositionẽ suspendat exercitiũ: scdm ipsos. ¶ Et aduerte quia si opponeret cõtra p̄dictã hoc modo, qui põt agere, põt procuratorẽ cõstituerẽ. no. Inno. in. c. intelligimus. de iudi. in. c. l. & A. de re. iudic. Pe. de Ancha. in. c. si. per illũ tex. de iudi. in. vj. & Imo. post gl. in verbo cõstituerẽ. in Cle. de religiosis de procu. & Ro. in. l. si ex legati. de verb. obli. dicẽs hoc probari egregiẽ in. l. seruum quoq̄. in prin. ff. de procu. Sed excõicatus põt agere, si nõ opponatur. c. pia. de excep. in. vj. in verbo duraturis. ergo & c. Rñde, q̄ hĩc nõ negat, sed dicitur q̄ nõ ois, qui põt agere, põt procurator cõstitui. idẽ licet excõicatus possit agere saltẽ, vt. re. d. c. intelligimus, nõ tñ cõstitui. & licet iudiciũ eũ eo agitatum teneat, si nõ opponatur, qn̄ agit, vt principalis. d. c. pia. nõ tñ cũ agit, vt procu. quia ipsi principali nõ dẽst potestas agẽdi, sed propter periculũ canonis repellit. d. c. pia. procurator autẽ qd̄ agit, fundat se in madata: sed illud est nullũ: vt dixi. ergo oĩa ex eo sequẽtia. principatus. cũ fi. q. j. & regula accessoriũ. de regu. iur. in. vj. ¶ Secunda cõclusio: gesta cũ procuratore excõicato etiã occulto, sunt nulla, scdm Io. An. d. Ant. do. Abb. & Imo. hĩc cõtra Cal. etiã si cõstituentis hoc ignorasset scdm eos: quia si nõ tenuit cõstitutio, vt s. dictũ est: ergo nec sequentia ex ipsa per regulã, accessorium de iud. in. vj. Facit. l. j. cũ sua materia. ff. qd̄ falso tu. autho. vbi gesta cũ falso tuto. quia principiũ putabat verũ, non habẽtur rata nisi iudex aliud decernat. Et inserti ibi Bart. ad procuratorẽ, & ratio redditur: quã differẽtia inter occultũ & priuatum sit solũ in gestis rone pu. officij. sed in priuatis nõ, scdm notabilẽ theoricã Inno. in. c. cũ dilectus. circa mediũ. s. de cõfue. quẽ sequunt Pe. de Anc. Io. An. & ibi do. in. j. col. in. c. j. de refcri. in. vj. & do. Ab. in. c. pastora lis. s. verũ. in. v. col. j. de app. & in. c. si verõ. in. fĩj. de senten. excõ. & hĩc, & in. c. veritatis. ad fin. de do. & contu. & in. c. intelligimus. in vlti. col. s. de iud. & in. c. cõsulti. in vlt. col. s. de procura. & Pau. de Leaza. in cõmento. c. fi. celebrat. in. xij. colũ. s. de cle. excõ. mini. & d. Ab. in. c. cõsultationibus. de iure pa. vbi idẽ sentit Inno. & no. q̄ si ex nullitate horum gestorũ passus est damnũ constituit, q̄ culpa caret rone ignorãtia: poterit agere cõtra procuratorẽ, qui se ingessit in officio sibi interdico. Ita fingit. no. Io. An. in. c. cõsulti qd̄ multũ no. d. Ab. ibi. Bene facit tex. in. l. ij. c. fi. seruus, vel liber tus ad decurionatũ aspirauerit. cũ alijs de qbus pulchrẽ per Ioã. de Ana. in. c. quã perniciosum. in vlti. col. j. de vñ. ¶ Et per istã cõclusionẽ colligit singulariter do. Abb. hĩc, q̄ illud qd̄ dicit gestum rone publicij officij ab occultẽ inhabili, valere: procedit in officio publico autoritate & vtilitate. secus in publico autoritate & vtilitate priuato, prout est officiu procuratoris, tutela, & similitum, per p̄dictã. Per qd̄ optimẽ declaratur dictã theoria In no. & adde. d. Abb. idẽ dicentẽ in. c. veritatis. in. fi. & exemplificat etiã in elec. Idẽ Cald. in disputatione inci. excõicatus cõi opin. & habetur per Inno. in. c. cõsiderauimus. & in. c. cũ Vinton. s. de elec. & in. c. gratũ. s. de post. Prelã. ¶ Et si dicit officiu talis, est autoritate publicũ. gl. fi. in. fi. in. l. filiũ. la. j. C. de liberali cã. licet illud nõ sit rone publici officij, vt per Inno. in. c. nihil. in. fi. de elec. & nõ est publicum vtilitate, vt per d. Car. in repe. c. perpẽdimus. in. j. col. j. de sen. excõ. Et tamẽ si est occultẽ inhabilis, valet ei⁹ testimoniũ: secus si non occultẽ: vt est casus in. l. j. & ibi oẽs. s. de test. ergo nõ est verum, q̄ nõ fiat differẽtia inter occultũ & nõ occultũ in officio publico autho. tm̄. Rñdeo dupliciter, & vtroq̄ modo sufficienter. Primõ, qd̄. d. l. j. ponit casum specialẽ cã cõseruationis testamenti, sed nõ extẽditur ad aliũ casum, vt ibi per Ang. licet qd̄ ibi dicitur de seruo circa testm̄, procedere dicatur in alia inhabilitate scdm Bar. post gl. in. l. cũ lege. in. fi. ff. de test. & no. Bal. in. l. j. in. ij. col. C. de secũ. nup. non ex hoc solo gñaliter dicentẽ testem occultẽ excõicatu posse testificari. ¶ Secũdõ rñde, q̄ q̄tum ad testem xrcõicatu, non fit differẽtia inter publicũ & occultum: quia vtroq̄ casu valet eius testimoniũ mero iure, scdm Inno. in. c. pia. prope. fi. de excep. li. vj. & do. Car. plenẽ in. d. c. perpẽdimus. In alia autẽ inhabilitate nõ occultus nõ possit esse testis: & si excõicatio non occulto, vel occulto, postea detecto opponeretur excõicatio ad impediendũ eius testimoniũ, credo, q̄ vtiq̄ repellitur. qd̄ expresse sentit do. Car. ibi. s. c. licet. & c. decernimus. de sen. excõ. in

vj. vbi excõicatus remouet ab actibus legitimis, licet nõ ipso iure. Et ita no. Cald. in. d. c. disputatione excõicatus. ad fin. & ita no. tanq̄ per alios nõ declarata. ¶ Itẽ scias, q̄ ista cõclusio limitat, nisi procur. occultẽ excõicatus constituerẽ ad impetrãdũ rescriptũ pro alio: quia valet impetratio scdm Cald. plenẽ in. d. disputatione: quia nõ agit de vtilitate ipsius excõicati, & cõstituentis cũ habet probabilem cãm ignorandi: licet esset secus, si ipse excõicatus occultus impetraret, scdm Io. An. in. c. j. de refcri. in. vj. Et istã limitationem tenuit gl. j. in. c. cõsulti. s. de procu. & Pet. de Ancha. in regula, accessoriũ. in. vj. char. de reg. iur. in. vj. & Domi. plenẽ in. d. c. j. in pe. col. limitas post Imo. ibi: nisi excõicatio occulta esset cõgnita cõstituenti: vt ibi per eũ. Sed contrariũ indistinctẽ in hoc tenet do. Ab. in. d. c. cõsulti. & gl. in verb. ab alio. & ibi Io. Mod. & Io. An. in. d. c. j. quorũ opi. est multum sustẽtabilis propter theoricã Inno. in. d. c. dilectũ. quia cũ ita sit, q̄ si nõ esset occultus: non possit impetrare. d. c. j. ergo idẽ si occultus. ¶ Tertia cõclusio: excõicatus de facto cõstitutus procurator cũ potestate subitendi, nõ põt validẽ aliũ substituere, p̄supposito q̄ constitutio de ipso facta sit ipso iure nulla. Ita probatur ex gl. fi. in Cle. religiosis. de procu. & no. d. Ab. Imo. & do. Benedicũ hĩc, & Bar. in. l. j. itẽ acquirimus. ff. de acq. po. & in. l. si is qui \* pro emptore. \* in pe. col. ff. de vñ. scã. & Bal. in. l. qd̄ quis. in. v. q. C. de procura. & in. l. j. ff. eo. & Bal. & Ange. in. l. institutio. ff. de cõdi. insti. ¶ Fallit primõ: nisi ista cõstitutio à princ. fuisset valida: puta de nõ excõicato: quia superueniẽtia excõicationis non tollit facultatẽ substituendi: per. c. fi. iudex. in. fi. de offi. dele. lib. vj. scdm p̄dictos hĩc. & sentit gl. in. d. Cle. religiosis. ¶ Fallit. ij. nisi esset cõstitutus nõ generaliter ad substituendũ, sed ad certũ substituendũ, quia tunc põt substituere, vel nominare aliũ. Ratio: q̄ ipse nominã nõ constituat, sed videat cõstitutus à principali, scdm Cal. & do. Ab. hĩc, Bar. Ro. & Pau. de ca. in. d. s. itẽ acquirimus. per. l. cũ pater. s. hære ditarem. el. ij. ff. de lega. ij. Adde tex. optimũ in. l. vnũ ex familia. s. fi. de falcidia. & ibi Bar. ff. de leg. ij. & tex. in. l. pater ex provincia. ff. de manu. vindi. & Bar. in. cõf. inci. cõstitutio Ariminẽsis epi. circa fi. & Bar. Bri. q. cl. vij. inci. canonici cuiusdã ecclesiã. & Bal. in. l. si quis ad declinandã. s. de episc. & cle. & glo. in Cle. dudum. s. verum. in verbo obuentionibus. de sepul. & Spe. pulchrẽ de instr. edi. s. nũc verõ aliqua. vers. in super. in quibus locis diuersimodẽ ostẽditur, q̄ nominatus ab eo cui dedi potestãtẽ nominãdi, dicit nominatus à me. Ita in proposito: maxime: quã habes de alteri⁹ madata eligere, non amittit hãc facultatẽ propter deportationẽ. d. s. hære ditatẽ. vnde idẽ in excõicato cui æquiparat: vt per gl. fi. au te mediũ in. c. pastoralis. de app. ¶ Sed aduerte diligẽter: quia. d. Ant. hĩc vult indistinctẽ substitutionẽ tenerẽ siue detur mandatum de substituẽdo certo, siue incerto. Et licet super quadã rone sua instãtẽ. d. Ab. & d. meo hĩc: vt in voce retulit: tamẽ vna alia ratio multũ me inclinat in eius opi. quia in locis p̄allegatis nõ refert, an simplex detur facultas nominãdi in genere: an verõ dicat de aliquo, imõ tex. in. s. hære ditatẽ. loquit de elec. generali. Si igit valere põt mandatũ ad secundũ. s. electionis certã, prout oẽs fatentur, ergo & ad primum, maxime, quia gl. in verbo substituẽdi in. c. pe. de procu. in. vj. expresse vult, q̄ substitutus ab habẽte potestatem substituẽdi, dicat substitutus à principali. Et idẽ glo. in. ij. in. fi. in. c. is qui. de procur. in. vj. & Barto. in. l. j. circa mediũ. ff. de procur. Et per hãc rationẽ, quam licet non expresse, sentit hĩc. d. meus, nihil firmans, sustineretur faciliẽ opi. do. Ant. & ista nõ tradas obliuioni.

SVMMARIVM.

- 1 Confortes eiusdem litris possunt rem conuenire ex eodem libello, & totus processus iudicialis super ipso fundari.
- 2 Substitutio cõpendiosa potest fieri per hac verba, deuoluatur &c.
- 3 Libellus talis, an procedat, Peto omnia bona, quã tibi obuenerunt ex hære ditate talis: non specificando aliter bona.
- 4 Donare quis potest se & omnia bona sua monasterio, licet non fiat monachus, & sic erit conuersus.
- 5 Priuare se quis potest potestate testandi, donando omnia bona sua monasterio, vel alicui loco religioso. nu. 6.
- 7 Libelli contrarij, an admittantur super hære ditatẽ.
- 8 Minor. xxxv. annis potest donare omnia bona sua.



- 9 Quia adde glo. in l.ii. q.3. C. de episcopis & Cler. Tu dic tamē, q̄ auctoritas Augustini in illo tex. in d. c. quicquid procedit quo ad legitimum, in qua magis fauetur filio q̄ ecclesiae. Ita probat tex. in authē. si quia mulier. in verbo legitima nulli. vbi Bal. & Sali. ad hoc no. C. de sac. sanc. ec. Sed excepta legitima magis fauetur ecclesiae & pie causae q̄ filijs. Istud probatur in d. athen. in ver. si vbi Bald. & Mod. ad hoc no. Istud etiam clarē probat. nā testamentū ad pias causas nutu conditū tenet & valet, vt est gl. approbata in c. cū tibi, de testa. quā no. & sequitur Bal. in l. ij. col. C. de sac. sanc. ec. Ange. & Mod. in l. i. libemus. C. de sac. sanc. ec. & tamē testamentū nutu conditū a patre iter liberos, non valet: prout tenet Ange. & Mod. in d. libemus. & in l. in fraudem. §. j. ff. de testa. mili. vide pulchram decisionem Pe. de Anch. i. cōsi. suo. eccclij. incipi. prima facie p̄ opinionione illa. & idem sentit Feli. hic inferius in ver. quartū q̄ro iuxta p̄dicta.
- 10 Professio facta per dolum, an teneat.
- 11 Fundas intentionem suam super validitate actus, non habet necesse probare habitatem personae ad alium actum. & c.
- 12 Probatio actoris, vt credatur dubia, oportet quod sit dubia ex se; & ex facto suo; & non sufficit offuscare eam probando aliquid ex contrario; & melius declarat. nu. 13.
- 13 Probatio fauoris animae, quādo praferatur, vel nō. ost. nu. 13, vers. Secundo nota: vbi annotatur p̄m latere.
- 14 Probatio an debeat concludere in genere. post nume. 13. ver. in tex. ibi verbum dubium. & annotatur in margine.
- 15 Probatio facta per praesumptionem valet quando agitur de probanda filiatione.
- 16 Probatio verosimilis sufficit: quādo agitur de probandis indicijs, vel probatio concludit a cōmuni accidentibus. nu. 17.
- 17 Probatio dubia, si est verificabilis & conclusiva in quolibet intellectu, quo ad intellectum probantis: ver. Et iunge nume. 19.
- 18 Delegatus cui committitur audientia causae non potest eam diffinire sine expressa licentia committentis.
- 19 Substitutus per haec verba, si talis deceperit sine liberis talem substituto excluditur: si haeres institutus deceperit extantibus liberis naturalibus tantum.
- 20 Filij naturales, an veniant appellatione filiorū: post nu. 21. ver. in eadem gl. vide in margine.
- 21 Filij naturales, an includantur: vbi agitur de modo filiorum. post nu. 22. per duas col. ver. Tertio in quantum. annotatur in margine.
- 22 Filij naturales, an dicantur de familia.
- 23 Emphyteusis concessa ab ecclesia pro se & filijs nō extenditur ad naturales.
- 24 Emphyteusis concessa a primato: an transeat ad naturales.
- 25 Haereditas nomine, qui veniant.
- 26 Emphyteusis concessa ab ecclesia pro se & filijs: an extendatur ad haereditas extraneos.
- 27 Aetas a quo debet probari.
- 28 Substitutio: per quam vocatur aliqua ecclesia non euanescit per ingressum monasterij.
- 29 Papa si concessit priuilegium ecclesiae collegiate, quod praescriptio minor non currat, quā centum annorum: si praelatus agit contra capitulū in bonis discretis super re alias perceptibili: nō poterit capitulum illo priuilegio se tueri.
- 30 Substitutio euanescit per ingressum monasterij: an hoc extendatur ad ecclesias seculares.
- 31 Monasterium, qui ingredi teneatur, debet ingredi cū effectu.
- 32 Substitutio non euanescit: si haeres institutus, cui facta est substitutio: faceret monasterium haereditate & ipse remaneret in seculo.
- 33 Monasterium intrans in fraudē substituti, non nocet substituto.
- 34 Dispensatio facta in articulo mortis, an legitime filios ex concubina.
- 35 Testator si reliquerit puella mille, si nupsit, & puella in grediatur monasterij, nihilominus habebit mille.
- 36 Statutum, quod ingrediens monasterium non succedat parentibus: an valeat.

- 37 Actiones pro monacho & contra monachum, an trāseant in monasterij.
- 38 Monasterium recipiens bona ingredientis, an teneatur ad restitutionem, si sunt male acquisita.
- 39 Monasterium, an & quando teneatur creditoribus monacho egresso de monasterio.
- 40 Monasterium, an habeatur loco filij?
- 41 Monasterio an magis faueatur, quā filio, vel econtra?
- 42 Feudum: an transeat in monasterij, si vasallus efficiatur monachus. quod tamen fallit quadrupliciter. nu. 54.
- 43 Feudum francum exemptum a legibus p̄nalibus feudi, transit in monasterij vasallo effecto monacho.
- 44 Feudum transit in monasterij: si seruitium, quod debet vasallus factus monachus possit praestari per monasterij.
- 45 Industria personae, quādo videatur electa. ver. Et vt intelligas.
- 46 Feudum foeminae ingredientis monasterij, remanet apud eam, quādiu vixerit.
- 47 Feudum paternum transitorium ad omnem haereditem transit ad monasterij vasallo facto monacho.
- 48 Emphyteusis, an transeat in monasterij.
- 49 Bona ingredientis religionem fratrum minorum: an fiant religionis.
¶ Tetiam de iure canonico vasallus nō possit legare, vel donare  
feudum pro anima sua, & videt tex. in. c. j. §. donare. ibi aut pro  
anima qualiter olim feudū alienari poterat. per quē ita tenet  
Bal. in. c. clerici. in. ij. col. §. de iud. & Ro. in aut. similiter. in. xv.



privilegio circa contractus. C. ad. l. fal. quod procedit in dispo- sitione facta in ecclesiam: quoniam est nimis prejudiciale dno feudi, vt contra tractus teneat post mortem vasalli. c. si clientulus. de feu. alie. Sed in vita tenere potest, vt declarat Bal. hic. & idē dicunt do. Abb. & Imol. in. c. que in ecclesiarum. s. de confi. & dicit ibi Imol. q. alicui pauperi bene possit legari feudū pro anima, sed nō ecclesie: per rationem prædictam. ¶ Sed in hoc de directo contrarium tenet Bald. in. d. s. donare. quia ille tex. non potuit nocere ecclesie: sed bene alteri pauperi. & allegat quemdam theologum. ¶ Sed Hostien. in. sum. de immu. eccle. s. in quantum. ver. nec illa. per multa tenet quod feudum potest legari, vel donari ecclesie pro anima, quādo seruitium est præstabile per ecclesiam. & hanc opinionem approbat Ro. in. sing. ccccxl. incip. tu scis quod vasallus. reprehendit dicta sua in. d. authen. similiter. & hoc sequitur etiam Ro. c. cxcix. incip. præsens statuti particula. in. fi. Et idem consuluit Calde. in. tit. de feu. confi. l. incip. an feudatarius. & faciunt optimē, que dicta fuerunt in. c. in præsentia. in. v. q. s. de proba. in. q. an monasterium succedat in feudo, & illa questio dependet ab ista secundum domi. Abba. in. c. fina. in. finj. de immu. eccle. & opinionem Hostien. tenet etiam Specu. in. titu. de feu. s. j. vers. xix. & domi. Anto. in. d. c. fina. ante fin. quia. d. s. donare. cum simili. non potuit disponere cōtra ecclesiam, ex qua ratione fortē stare quod dicit Bald. in. d. s. donare. quod alteri pauperi non poterit donari, per. d. s. donare. licet de illo text. pluribus modis videatur mirari Bald. in. j. colum. & non male. ¶ In gloss. in. verbo, *indictionis*. in. fin. de hac indictione ponit etiam gloss. magna in. l. j. C. de iustitia. C. confi. & omnes docto. hic & melius Spec. in. isto titu. in. j. colum. vers. post annos. & quod fit de substantia instrumenti tenent omnes hic. & Bartol. in. l. si li brarius. ff. de regulis iuris. ¶ Valet tamen consuetudo, quod omittitur secundum Spec. vbi. s. & Ioan. And. in. data. vj. libri. de qua consuetudine poterit constare visis multis instrumentis in loco confectis ea omisa, vt in simili. per Bald. in. l. j. ante fin. C. ad velleia. Et si erratur in ea computanda, non vitatur instrumentum: si ex alijs apparet de indictione, puta ex annis secundum Dyn. in. quodam confi. quem sequitur Bal. & domi. Cald. hic & idem Barto. & Imol. in. l. nominatim. ff. de hered. insti. & Ange. in. authen. vt præpo. nomen Imper. & Bald. in. l. Imperator. la. j. in. iij. colum. ff. de sta. homi. & in. l. cum propo neretur. ff. de leg. ij. & in. d. l. j. in. vlti. colum. C. de iusti. C. confi. & ibi dicit post Dyn. quod data discordia instrumenti in anis & in indictione potius præsumitur error indictionis: quia in ea facilius erratur. & subdit Bald. hic non vitari instrumen tum, si notarius dimisit spatium pro indictione. vbi autem nō constat de annis, error indictionis vitiat vt per Ioan. Andr. in. d. data. & do. Ant. in. c. cum venerabilis. j. de relig. domi. & hic, vnde dicit Imo. in. l. j. ff. de his que in test. del. quod si est erro nea & consumpta ex toto indictione, & de annis nō apparet, in strumentum non probat. & sic intelligit Bald. ibi. ¶ Et modū inueniendi indictionem ponit Spec. vbi. s. & Imol. hic. & dic breuiter quod anno domino. Mcccclxx. fuerūt anni diuisi per xv. multiplicatos à tempore natiuitatis Domini. vnde istis duobus adduntur tres, qui præterierant ante ipsam natiuitatem. & sic isto anno Mcccclxxij. sumus in indictione quinta: & sequēti erimus in. vj. Et sic in posterum finitis quindecim annis computando illos tres, inuenies per te indictionem per hæc pauca verba. ¶ In gloss. in. verbo magis ibi, per *chronicam*. per istam gloss. dicunt hic Bald. & do. Anto. & alij quod *chronicis* creditur etiam in iudicio. ad idem gl. in. verbo, trāstulit. in. c. vene rabilem. s. de elec. & gl. j. circa medium. & in. c. tum ex literis. s. de testi. in. integ. not. Bartol. in. l. j. in. vj. colum. ff. si cer. pet. & gloss. & Dominicus in. c. placuit. xvj. dist. & gloss. ij. & Domi. in. c. in nomine Domini. xxij. dist. & gloss. iij. & Domi. in. c. j. xxvij. dist. & gloss. Et Dominicus in. c. abfit. l. dist. & gl. in. pro logo. ff. s. hæc autē tria. in. verbo, vrbibus. ¶ Et idem de libris historiarum quo ad facta antiqua dicit Domi. in. c. quāuis. an. re. h. xxj. dist. & faciūt que dixi in. c. eam causam. s. de proba. & ibi vide domi. Abb. intelligentē prædicta, quando ab antiqua

est debita fides talibus, aliās non vt etiam per Bartol. in. d. l. j. & ibi latius per Roma. ¶ In gloss. super verbo, inter alios. quare autem sententia non nocuit huic Archiepiscopo, cūm sciverit causam agi, modo esset iudex contra. l. i. spe. ff. de re iudi. Dic quod ignorabat ius ecclesie. vel si sciebat, non potuit nocere ecclesie in quæstis vt per gloss. in. regula. delictū. de reg. iur. in. vj. vt hic latius per docto. maxime do. Abb. & per hanc gloss. iuncto text. infert Ioan. Andr. vtile esse, quod in instrumento sententia epilogentur acta, de quo dixi in. c. quoniam contra. in. v. conclusione. s. de proba. ¶ In gloss. in. verbo, *nocumentum*. not. quod tertius potest approbare attestaciones inter alios factas. & confirma vt dixi in. c. cum causam. s. de testi. vbi est gl. fina. quod de consensu partium attestaciones inualidæ efficiuntur valide: & intellige istam gloss. quo ad prejudicium approbantis, nō autem ad approbare: nisi ille, qui fecisset fieri attestaciones. & de materia glof. quando attestaciones in vna causā noceant in alia, dictum fuit in. c. causam. el. j. de testi. ¶ In glo. in. verbo, *nequius set*. not. gloss. quia est singularis secundum d. Card. hic quod talia sunt subiecta, qualia prædicata demōstrat: quia à quo remouetur prædicatum, remouetur & subiectum: quia prædicatum, id est quod dicitur de alio: qualificat illud, vt sic subiectum intelligatur secundum naturam prædicati, & in proposito facit ad tex. quia eadem res non potest donari & confirmari: quia respectu eiusdem donantis & confirmantis sunt qualitates contrarie: modō donare & confirmare sint prædicata seu qualitates. ¶ In gloss. in. verbo, *confirmari*. in. fin. ¶ Quando confirmans videatur dare: distingue vt plenē per Barto. in. l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. quem ad literam sequitur hic Imol. & plenius distinguit Bald. in. l. ex placito. in. iij. colum. C. de rerum permu. & aliquid etiam per ipsum in. l. j. C. de manumif. test. & in. l. nominationes. in. princip. C. de appel. & in. l. si donatio. C. de donat. & in. c. ex parte. s. de cōstitu. & in. l. aduersus. C. si aduer. rem iudi. & per gloss. & docto. in. l. ex his verbis. C. de dona. & Bald. in. l. leges & constitutiones in vlti. colum. C. de legi. & Angel. in. l. à diuo pio. la. ij. ff. de appell. & Albe. in. j. parte statu. q. xx. verifico. item quare si statuta confir mantur. & dic quod regulariter confirmare non est de nouo dare, vt hic in text. cum concordat. ¶ Fallit primō nisi actus confirmatus non tenuisset. l. adoptio. ff. de adop. & confirmatio fieret ex certa scientia, iuxta. c. j. & iij. de confir. vt. & facit. c. primo. s. de transact. & licet sit dare respectu iuris, q. nō erat collatum: tamen potest appellari confirmatio respectu facti qd præcessit, scdm Imo. hic pro quo facit optimē. l. si donante. s. j. ff. de dona. inter virum & vxo. & l. j. C. de manumif. testa. p. quam dicit ibi Bald. quod quando tempus confirmationis est inualidum, & tempus rei confirmatæ est validum: trahitur vltimum ad primum. facit etiam quia confirmatio præsupponit semper aliquid esse: licet minus perfectū secundū Bal. in. d. l. nominationes. in. prin. & hic adde quod not. Innoc. in. c. dudum. ad finj. de deci. & ex ibi nota. per eum iuncto text. probatur q. quando non apparet principem confirmantem voluisse de nouo inducere, & actus confirmatus erat pro parte validus, & p. parte non, præsumitur voluisse potius confirmare actū in casu, quo valere posset: quā de nouo dare. & dicit ibi. d. Ant. qd illud dictum de facili non inuenitur alibi: & de ipso etiam meminit Bald. in. l. bonorum. in. j. colū. C. qui admit. & in. c. j. per quos fiat inuesti. vbi vide. ¶ Fallit secundō, nisi actus tenuisset, sed esset imperfectus: & tunc licet confirmare nō sit p. priē dare, est tamen perficere sicut confirmatio electionis scdm Barto. vbi. s. & Imol. hic. quibus etiam adde Bald. in. l. j. C. de testa. manu. vbi dicit, q. quando id, qd confirmatur, est principatum, sed non perfectum nec consummatum respectu finis, ad quem ordinatur, vt electio quæ confirmationē desiderat: tunc confirmator dicitur confirmare, id est cum alio firmare, nec pro se disponere alleg. d. l. & quia. ¶ Fallit tertio, quando confirmans est talis, qui posset actum perfectum reuocare: quia tunc confirmando potest dici etiā dare secundū Imol. hic qui sic intelligit. c. in synodo. allegatū in gloss. vbi Papa confir mat, & concedit priuilegia imperialia super electione pontifi cis. & quia

eis. & quia poterat reuocare, dicitur dare secundum eum, qui ita etiam respondet ad. c. in nomine. allegatum in gl. & in hoc male vt in sequenti fallente. Sed adde quod Bart. in. d. l. & q. dicit q. isto casu intelligitur dare, quando hoc intendit, aliās intelligitur confirmare, & idem dare. Bald. in. l. j. C. de manu. testa. alleg. glo. in. l. manumisiones. ff. de iusti. & iure. per quā dicit, quod in actu perfecto ex toto confirmans nō inducit de nouo. ¶ Fallit quartō in eo, qui potest confirmando dare, & dando confirmare: quia simpliciter prouidēdo facit vt truncq. vt not. glo. in. c. j. & glo. ij. in. c. vt circa. de elec. in. vj. & eleganter do. Abb. in. c. causam. in. ij. col. de elec. & aliquid per Ana. in. c. accedens. in. j. colū. de accusa. per gloss. j. in. d. c. in synodo. l. iij. dist. & per domi. Anto. in. c. significasti. ad fin. de iure. patro & Domi. in. c. vno. s. verum. in. ij. colū. de iure. patro. in. vj. & Innocen. in. c. cum olim. in. princip. de causa pos. & proprie. & eleganter domi. Cardi. confi. l. iij. incip. in ecclesia Bel lunensi. in. tertio dubio: dummodō dare & confirmare compe tat eidem personæ eodem iure. Secus si diuerso, puta, si tanq. arbitri quis eligeret, & postea haberet vt superior confirma re: quia actus debent esse distincti, vt per glo. in. verbo, confir mauit. in. c. cum inter. allegato in glo. & clarē Domi. post Pau. in. d. c. vt circa. in. j. colū. ¶ In glo. in. verbo, quod meum. istud quod meum ex vna causa & c. ¶ Fallit primō, nisi plures cau sæ in eodem tempore concurrerent, vt. l. in numerationibus. in. prin. ff. de solu. & not. do. Abb. hic & glo. magna in. l. iij. s. ex pluribus. puta si venderes mihi librum: quæ tunc liber sit meus ex stipulatione quæ præcedit. & etiam sit meus solutione tibi facta, vbi semper vide Barto. ff. de acquir. pos. ¶ Secundō fal lit, nisi pinguius subueniretur per secundam causam, q. per primam: vel secunda esset resolutiua primæ: puta, si testator dixerit, relinquo vxori meæ talem domū, si post mortē meā filios fecerit, & interim hæres testatoris moriens relinquit il lam domū illi mulieri iure legati: & tunc adit mulier domū. tunc si hæres secundi testatoris vult detrahere Falcidiam di cti legati non potest: quia ex secūda causa si filios fecerit, do mus efficitur mulieris secundū Imol. hic & Do. post Ioā. and. in. c. cū personæ. s. qd si tales. in. vlti. col. de priui. in. vj. vbi etiā dicit, qd illud quod est meum, potest confirmari meum ex ap probatione superioris, vt in toto titu. de confir. vt. ¶ Fallit tertio, nisi esset dubium de prima causa per. c. post electionē j. de concess. præben. & facit. c. cum dilectus. s. de cōsus. secūdu Domi. in. d. s. quod si tales. Et hic nota, q. ille qui petit posses sionem beneficij, potest vt duplici titulo. Ita latissime consu luit Cald. in. tit. de elec. confi. vj. incipit. an capitulum vt quis duas. Et ibi dat differentiam inter petentem confirmationem electionis, qui hoc non potest. c. vt quis duas. de elect. in. vj. & inter petentem possessionem, & aliam rationem differentie, ponit etiam Domini. in. d. confi. in. certis apostillis. & in. d. c. vt quis duas. in. vlti. colū. Et idem consuluit Lopus allegatione vlti. motus per tex. in. d. c. post electionem. & licet multa dicat eorum decisio est mirabilis: quia collatio acceptata facit bene ficium dici meum. c. si tibi absenti. de præben. in. vj. vnde si est meū ex vna causa, non potest esse meum ex alia, maxime agēdo, vt in isto tex. & ad. c. post electionem. dici posset, vt ibi per domi. Abb. q. loquitur in eo qui se defendebat, qui potest vt pluribus, defensionibus dicendus: si istud non iuuat, adduco istud vt in regula, nullus in vlti. colū. de regulis iuris in. vj. & ad hoc dicit illum tex. non esse alibi. & hoc sentit glo. in. dicta regula, nullus. dum dicit, quod licet ex titulo duplicato non aga tur vt hic. tamē bene excipitur per. d. c. post electionem. vnde de dicto consilio posset dubitari: nisi dicatur quod iste text. non loquitur, quando est dubium de prima causa: quia potest allegari etiam secunda secundū Ioā. and. in. d. c. cum personæ. sed tamen non dicit ipse, quod agendo vtraq. causa deduci possit. & ideō cogitabis. & dicit hic domi. Cardi. & etiam do. Abbas in. d. c. post electionem. quod vtile est beneficiato, vt quando dubitatur, ad quem pertinet collatio, obtineat collationem à pluribus per. d. c. post electionem. licet agendo non posset deducere plures titulos. d. c. vt quis duas. Quando

autem possit quis vt exceptionibus contrarijs, de quo ali quid in ista glo. dicitur in. c. auditis. de præscriptio. ¶ In glof. ita verbo, locatio. nota quod conductor non potest excipere de dominio contra locatorem, & facit in simili. c. illud. de excessi. præla. & hoc habet locum non solum in conductore, sed in alijs tenentibus alieno nomine, vt sentit hæc glo. in iuribus quæ primō allegat & firmat Imo. hic. & Pau. de Castr. in. l. qui rem suam. ff. de po. & Bal. in. l. si quis vel pecunias. C. de po. & Barto. & Pau. de Castr. in. l. commodare. ff. commoda. ¶ Item habet locum in hærede conductoris, & per Pet. de Ancha. cō si. cxx. incip. in quæstione vertente. vers. his itaque præmissis. ¶ Et intellige de quæstione dominij. scilicet tertij. ¶ Sed quæ stio dominij conducentis vel recipientis in pignus, vel com modatum rem, quam dicit esse suam, quā fortē ignorauit suā tempore contractus, bene potest opponi: quia reddit contra ctum retro nullum cūm in re propria non cadat conductio, vel pignus, vel aliud. l. neq. pignus. ff. de regu. iur. & l. ei à quo. ff. de vfuca. secundū Imo. hic. De dominio autem tertij oppo ni non potest, vt in iuribus allegat. in glo. nisi tertius assisteret. l. bona fides. ff. de po. vel nisi esset dubium de locatione. l. liti bus. C. de agri. & censu. libro. x. & hoc vbi agitur actione locati, ¶ Vbi autem locator ageret conditione ex. l. si qui conductio nis. C. loca. non excipitur de dominio proprio, nec alieno: sed oportet, quod res prius restitatur: & hoc in odium illorum qui per varias exceptiones volebant illudere locatori, vt per Bart. in. d. l. si quis conductioni. cum quo transeunt domi. Anto. & Abb. hic. ¶ Quibus adde Bald. in. l. plures apochis. in. ij. colum. C. de fide instrumen. vbi dicit, quod conductor po test obijcere exceptionem præscriptionis locatori non ex eo quod cessauit à solutione, per illum text. sed ex eo quia inter uerfa possessione locatoris proprio nomine possedit, iuxta. l. si cut. & l. si quis emptionis. C. de præscrip. xxx. anno. & not. glo. fina. in. l. cum notissima. eod. titu. de quo aliquid per Bal. in. c. j. s. rursus. in. ij. colum. de controuer. inuesti. & domi. Anto. in. c. ad audientiam. in. ij. colum. de præscrip. ¶ Et an emphyteo ta possit referre quæstionem dominij, vide omnino Specu. in. titu. de loca. s. nunc aliqua. vers. l. ij. ¶ Et adde quod conductor recusans restituere rem conductam, si expectat sententiam ne dum condemnatur in re, sed in eius estimationem. l. conducto res. C. loca. ¶ Et idem de hærede vt ibi in verbo: *seu eorum hæ res*. si tamen successori prelati locantis refricaret dominium conductor, maxime non finita locatione non incurreret dic tam poenam secundum Rotam in formis decisione. cxxxij. inci. ex præmissis. quia poterat habere iustam contradictionis cām: licet in sumario dictæ decisionis per errorem (vt puto) cō trariū dicatur. ¶ Et istis adde qd not. Inno. & do. Anto. in. rub. s. quod met. cau. & do. Anto. & Imo. in. c. ad audientiam. eo. ti. vbi dicunt quod licet habens causam. i. ius ab aliquo volunta riē non possit eidem refricare quæstionem dnij, vt est dictum. Tamen secus, si non habet ab eo causam voluntariam: puta qa per vim sibi abstulit: quia potest eidē, scilicet qui dedit cām al teri per vim agentis, quod metus cā, obijcere exceptionem do minij, sed super violentia aliter illi succurratur vt ibi per eos. ¶ In eadē glo. in. fi. intelligit q. conductor potest locare alteri equē idoneo, & ad eundem vsum, vt. l. nemo. allegata in glo. se cus tamen in socio recedente, qui non potest inuito altero so cio pro iure, quod habet in domo conducta alteri locare: quia detur electa industria persone, iuxta. l. qui admittitur. & l. de il lo. ff. pro soci. & in glo. in. s. fi. in. l. loca. & Specu. in. tit. de iudi. s. ij. ver. circa hoc. & sequitur hic domi. Ant. Imo. & do. Abb. latius q. oportet. & declarā per Bal. in. d. l. nemo. nisi poneret equē idoneum non ad conuiuendum, sed ad habitandum. Et qd focus nō possit locare alteri non honesto, vide Bald. in. l. j. in penul. col. vers. vlti. quero. C. qui testa. face. pos. ¶ Et ex istis inferitur quod socij simul habitantes in eadem domo, nō sunt proprii socij, vt hic per do. Abb. ita dicentē se respondisse in facto. Et de istis tanquā parum vtilibus & claris dic, vt hic per ipsum & alios extendentes dicta Specu. in. d. verifico. circa hoc. ¶ In glo. pen. dic vt per docto. in. d. c. querelā. maxime per do.



Abb. glos. & do. Abb. in. c. suscitata. s. de resti. in integ. & per Bal. in. l. j. C. de sent. vbi dicit inter alia, qd sicut sententia condemnatoria lata contra dominu, qui no fuit in iudicio omisso procuratore, non valet, vt ibi: ita absolutoria. & dicit gl. fing. in. l. si remunerandi. s. si Maurus. ff. man. Sed est text. hic quem Roma. facit singul. in suo singulari. cccclvij. dicens se mirari qd Bal. istu. tex. nesciuerit. ¶ Extra gl. plenè tangitur hic per omnes, vtrum notarius possit scribere instrumentu per aliu. & reperitur triplex opinio: prima est qd no: quasi sit electa industria persona: & per text. cum glo. in. s. nos autem. in verbo per se in auf. de tabel. & ibi hoc tenet Ange. & Io. and. in Specu. de instru. edit. s. instrumentum. ver. item opponitur qd no est confectum. & glo. fi. cum. Pj. eod. & Ange. in auf. de instru. cau. s. verò. & glo. in. l. generali. C. de tabu. lib. x. & Imol. in c. fin. in. xij. col. s. de offi. deleg. & do. Anto. post Hosti. in. c. quoniam contra. in. vj. col. s. de proba. & do. Ant. & Imol. hic nisi esset magister stationis & discipulus: & vnus scribat, & alius subscribat, vt hic per eos post Ioan. andr. in. d. additione vel nisi esset mortuus notarius rogatus ante leuatum instrumentum vt dicitur in. c. cum. Pj. eo. ¶ Secunda est opinio, qd quod si notarius sit impeditus legitimo impedimento, potest scribere per alium: aliis non. & hanc tenet Barto. in. d. l. generali. & in. l. j. vltra medium. ff. de offi. consu. & in. l. quædam. s. nihil. ff. de eden. & in. l. diuus. la. j. s. item senatus. ff. de fal. & domi. Anto. post Cardi. in. c. fin. in. fi. s. de offi. deleg. & Bald. in. c. cum. Pj. eo. & in rubri. C. eo. in. xj. col. v. verfic. & dubitatur. & in. l. j. s. ne autem. C. de cadu. tollen. in. iij. col. & in auf. si quis in aliquo. in. iij. col. C. de eden. Et quod cessante impedimento non possit allegari. c. cum. Pj. eod. & quia videtur electa industria persona. Intelligent isti dummodò se subscribat, & attestetur de impedimento, & quod perlegit totum illud instrumentum, quod de tali materia loquatur secundu Barto. in. d. s. item senatus. & domi. Anto. in. d. c. fin. & quasi omnes predictos. ¶ Tertia est opinio, qd etiam cessante impedimento possit per alium conficere instrumentum se subscribendo: quia industria tabellionis non intelligitur in scribendo: sed vt det fidem gestis, quam satis præstat dictando & subscribendo & hanc tenet domi. Cardi. dicens se ita consuluisse in. c. penul. j. eo. & Barto. in. l. argentarius. in prin. ff. de eden. & do. Abb. post Inno. in. d. c. quoniam contra. & hic dicens esse tex. singu. hic à contrario sensu. & facit. c. cum Redemptor. xij. q. ij. ibi: scribendum dictauimus, & manu propria subscripsimus. prout allegat domi. Card. sed ruditer in. d. c. penul. & cum ista opinio. transeo & est approbata à consuetudine: nec differt siue alius qui scriperit, sit tabellio siue non; quia tota virtus consistit in persona subscribente, vt per Innoc. in. d. c. quoniam contra. & ibi dixi, & not. Imo. referendo Card. in. d. c. fi. neq. oportere, quod notarius dictauerit quia non præsumitur subscripsisse, nisi viderit bene dictatum, nec requiritur subscriptio adeò specialis vt exigit Barto. in. d. s. item senatus. quia contra ipsum consuluit Pet. de anch. consil. cccxxvij. incipien. prius de iuribus. alleg. Bald. & bene in. d. auf. si quis in aliquo. & est satis specialis, ex quo se refert ad præcedentia. l. ait prætor. s. j. ff. de iudic. & de hoc etiam dixi in. d. c. quoniam contra. in. q. iij. ver. limita sextò. ¶ Et ista non intelligas habere locum in protocollo: qd quia illud semper debet esse de manu notarij rogati, vt per Ange. in. d. auf. de tabel. in prin. & ita proprie loquitur ille rex. & ita not. Bald. in. d. rubri. C. de fide instru. ¶ Caeterum vbi non esset subscriptio notarij in instrumento, per quod alius extendit rogationem notarij, prædicta non procederent, nisi in tribus casibus. ¶ Primus, vbi consuetudo aliud disponderet per. c. e. dilectus. j. eo. ¶ Secundus, nisi commissio fiat de licentia iudicis, vt per Hostien. in. d. c. quoniam contra. & facit. d. c. cum. p. ¶ Tertius, nisi partes consentiant per nota. in. d. c. fin. de officio. delega. ¶ Vltimus dicit hic Innocen. inter cætera, quod confirmatio dominij circa donationem quam facit vasallus, operatur solum respectu vtilis dominij, quod transfert vasallus, non respectu directi existentis penes dominum & sequitur Baldus hic. & in. c. j. s. præterea. circa

principium quibus modis feudu amit. facit quod not. gloss. j. in. c. pastoralis. de dona. & Dominicus in. c. j. in. fin. prin. de iure patro. in. vj. & do. Anto. post Calde. in. c. illud. in. ij. col. ij. de iure patro. vbi dicunt, quod confirmatio Episcopi, quam de iure patronatus facit laicus monasterio, no operat circa ius in statuendi cõpetens Episcopo, qd limitat do. Abb. in. d. c. de monachis. in. v. col. j. de præben. nisi patronus præsentate Episcopo diceret. donamus. referendo illud plurale etiam ad episcopum. ¶ Vltimò facit iste tex. secundum Hosti. quando possit Princeps donare iura principatus. de quo aliquid dixi in. c. j. in. j. nota. s. de proba. sed plenius dicere in. c. intellecto. j. tit. ij. vbi omnes ponunt. dicit etiam hic Bal. vnum ad materiam. c. h. j. de re iudica. de quo ibi dicitur. & ista sufficiant dicta breuiter ne frequentes decretales careant dote sua.

- 1 Episcopus an possit dispensare super voto peregrinationis.
- 2 Dispensatio an vitietur per falsam causam.
- 3 Legitimitas vtrum vitietur per falsam causam.
- 4 Falsa causa an vitiet unionem ecclesiarum, reservationem Papæ, & appellationem. nu. s. 6.
- 5 Signillum ignotum an faciat aliquam fidem?
- 6 Cardinalis si dicat se esse legatum, an credatur eidem solo verbo? & numero. 9.
- 7 Delegatus nemo esse creditur: nisi literis id doceat. nu. 11.
- 8 Cardinalis existens in curia, si dicat se esse legatum, an ei credi debeat, cum facilliter possit haberi recursus ad Papam?
- 9 Excommunicatio lata ex falsa causa, aut absolutio data ex causa falsa an teneant?
- 10 Cardinalis an sit maior Episcopo in officio?

**Q**uod super his. Non valent literæ, quas super absolute tione voti cruce signatus obtinuit per falsitatem tacitam, vel veritatem non expressam. ¶ No. primò ibi: Cardinalium. supple qui hoc faciunt de mandato Papæ secundu Car. hic. Nā talis dispensatio spectat ad Papam, vt in. c. ex multa. j. de vot. & in Spe. de leg. C. nunc ostendit. ver. lxxxv. & in s. nunc de Episcoporu. ver. cccxiiij. & per gloss. in. c. quo ad translatione. s. de offi. leg. dummodò sit votu pro succursu terræ sancte: quia si esset aliter, quā pro ipsius succursu, Episcopus posset dispensare vt per glo. in verbo, incumbit. & ibi do. Anto. & do. Abb. in. d. c. ex multa. & do. Anto. hic dicens item idem de omni alio voto peregrinationis, dummodò Episcopus dispenseret per viam commutationis vt per Specu. in. d. s. nunc ostendendum. ver. xxxiiij. & per do. Anto. in. c. quanto. in pen. co. j. de iure iur. nisi ex iusta causa in totum tolleret omnia commutatione, vt ibi per do. Abb. in. v. col. i. & de his per beatum Tho. in quarto sententiaru. distin. xxxviiij. q. j. articu. iij. & secunda secundu q. lxxxvij. arti. vlti. ¶ In text. ibi: falsitas expressionem. per istum tex. insert hic Innocen. & do. Anto. & alij qd falsa causa vitiat absoluteionem à voto. ad idem allega. l. j. ff. de nata. restitu. Et idem de absoluteionem à iuramento dicit Pet. de Ancha. consil. cxcvij. incip. prædictis subtiliter. ¶ Idem de dispensatione dicit Bal. hic dicens non tenere indulgentiam obtentam à religioso, qui fitta infirmitate petijt posse transferri ad laxiorem vitam. & idem in hoc dicit do. Anto. in. c. non est j. de voto. propter gloss. singularem ibi. & qd falsa causa vitiet dispensationem. vid. text. cum gloss. fina. in. c. quia circa. & ibi omnes. j. de consan. & affinitate. & Barto. in. d. l. j. & do. Anto. in. c. ex parte. s. de officio. ordi. & Ioan. Andr. in Specu. in rubri. de clandestini. despon. circa mediu. siue verum taceatur, siue falsum exprimat secundum ipsum. & Oldra. plenè consil. cclvj. incipien. clemens episcopus. & per eundem consil. cxcv. incip. puncta breuia. ¶ An autem falsa causa vitiet legitimationem, vi de Pet. de Ancha. consil. cclxvj. incip. ex tenore. vbi consuluit legitimitas facta infanti propter mores & qualitates quæ ad huc in ipso esse non poterant, non valet. ¶ Et de legitimatione vide etiam latè Oldra. consilio. cclxvij. incipiente factum tale est. quidam Rex. ¶ Et an falsa causa vitiet priuilegium, vide

gium, vide Inno. in. c. cum dilecta. s. de rescrip. ¶ Et an vitiet inuestitura feudi, vide Bal. in. c. j. post prin. de feudo guardia. ¶ Et an vitiet decretu, vide Bar. Imo. & Ro. i. l. iustè possidet. ff. de acqui. pos. & d. Abb. in. c. j. j. de re iudi. & ibi dicitur. ¶ Et an vitiet sniam dixi in. c. licet causam. super glo. in verbo, apponi. s. de proba. ¶ Et an vitiet vnionem ecclesiaru, vide Rotā in antiquis deci. cxxxvij. incip. Itē not. qd falsitas causæ. & in eisdem deci. cccclxxvij. inci. ¶ Vtrum vnio de quodā beneficio & eleganter. d. Car. consil. xcvij. Papa vnuit quādā abbatiam. ¶ Et an vitiet professionē, vide do. Abb. in. c. ex parte. el. ij. in iij. col. post gl. j. de conuer. coniuga. ¶ Et an vitiet stipulationem, vide tex. & doc. in. l. diuortio. ff. de verbo. obli. ¶ Et an vitiet reservationem Papæ, vide Rotam in antiquis deci. cv. incip. Item not. qd vbi Papa. ¶ Et an vitiet prouisionem Papæ in præiudicium expectantium, vide Rotam in antiquis deci. c. l. iij. inci. Item not. qd vbi Papa prouidet. ¶ Et an vitiet laudum, vide Pe. de anch. consil. j. ¶ Et an vitiet inuestituram feudi vel emphyteusis, vide do. Car. consil. xciiij. inci. nobiles viri domini de Vinciguerra. & ibi notāter vult, qd si exprimit vna causa falsa: & reuera suberat vna, & alia vera, quæ non fuit expressa: actus no sustentatur. ¶ Et an falsa causa, vel falsa demonstratio vitiet appellationem, vide Bal. in. l. etiā. C. de falsa causa adiecta legato. ¶ Et an vitiet gratiam Papæ cõcessam motu proprio, vide Pe. de anch. consil. cxxxiiij. inci. visis consilijs. & Card. d. consil. xcvij. & d. Abb. in. c. quia circa. de consan. & affi. ¶ Et an vitiet laudum collationem beneficij, additionem hereditatis, hæredis institutiones, vide Pet. de ancha. consil. cccij. inci. iudex. i. de iure iudicaturus. ¶ Et an vitiet excommunicationem & absoluteionem, dicitur j. super glo. penulti. ¶ Et pro doctrina in hac materia vide, quod dicit Bald. in. l. demonstratio falsa. ff. de cõdi. & demon. vbi dicit qd falsa causa non vitiat: nisi requiratur ad substantiam. allegat. l. ij. s. circa. ff. de doli. excep. & vide Bart. in. d. l. demonstratio. & in. l. cum te. ff. de pac. & in. l. damus. ff. de condi. & demõ. & Bart. & Bal. in. l. si sic. ff. de leg. j. & d. Car. in. d. c. qd circa. & ista no. quia sã pilsimè inseruiunt. ¶ In glo. in verb. ignota. die in. fi. ¶ qd aut si gilla. & illi quoru nomine sigillata sunt, penitus ignota: & no creditur etiam si essent mille: quia eadē ratio in mille penitus ignotis, quæ in vno vt dicit glo. notabilis in. c. j. lxxxix. di. Habetur aliquis cognitio sigillorum vel sigillantium, & tunc si non agitur de alteri præiudicio speciali, creditur si sunt quinque. & sic intellige iura glo. & sentit Inno. in. c. j. de cle. peregrini. aut tractatur de præiudicio alterius, & non creditur. & sic intellige dicta Io. an. hic qd vbi agitur de præiudicio alterius debet probationes necessariò cõcludere. c. in præsentia. s. de probatio. & facit text. s. c. proxi. in. fi. & facit regula cū sint de regu. iur. in. vj. nec ob. text. iste vbi agitur de præiudicio terræ sancte. & tamē si sigilla fuissent nota, probassent: qd procedit qn literæ impetratur in forma iustitiæ: licet cõtineant aliquā gratiã vt probatur in verbo ad quod. vt hic latius per. d. Abb. ¶ Ex quibus tractant hic do. Anto. Imo. & d. Abb. an. & quādo creditur Cardinalibus. de quo non fuit dictu in. c. cū à nobis. s. de testi. neq. in. c. post cessionē de pbatio. Sed si ex dictis suis & aliorum alibi collige tres conclusiones. ¶ Prima conclusio. Solo verbo Cardinalis dicentis se legatu Papæ creditur in his, quæ veniūt generaliter in legatione. ita cõcludit hic p̄dicti. & Spec. in tit. de lega. s. superest. in. v. col. ver. quid si legati. per. c. nobilissimus. xcvij. diff. & ibi per glo. in verbo nihilominus. & per glo. in. c. cū olim. el. j. in verbo nihilominus. & per glo. in. c. cū olim. el. j. in verbo fratrum. de priuile. & in. c. apostolica in verbo prolegione. de re iur. in. vj. & qd raro exēti Cardinales curiā abq. legatione. & pro hac ratione optimè text. in. l. i. ff. qd cū eo. per quē dicit not. Bart. in. l. si mei causa. s. ff. cõmodati. qd si ego erediti alicui asserenti se esse nūciū, qui communiter cõsueuerat mitti per nuncio à domino p̄sumit mādātū. & iusta causa credēdi. & hęc cõclu. tenet do. Anto. in c. tū literis. xiiij. co. de rest. in integ. & Lap. allegatione. xv. inci. Idē est dicere. & allegatione. xxx. incipiente, an si frater minor. & Rota in antiquis decisione. exc. inci. Itē nota quod legatus & Calde. in. ti. de officio lega. cõf. ij. & Bal. in. l. iurifurandi. C.

de testi. & idē dicit hic Abb. de alia persona qd de illustri. arg. d. c. nobilissimus. dicēs de stylo curiæ nulli credat sine literis: nisi sit Cardinalis secundu ipsum. & quod alibi credat persone valde notabili, vide glo. magnā in. d. c. cū olim. el. j. & Specu. in tit. de legato. s. superest. verfic. quid de legati iurisdictione. & in. s. excipi. ver. item excipitur qd no ostēdit. & glo. penul. in. c. ego enim. de iure iur. & Pau. de Ca. cõf. cccvij. incip. in. x. & c. prius quā iura fierēt. & in simili Spe. in titu. de cita. s. sequitur. verfic. vtrū autē citatus. nisi ageret de magno præiudicio. vt per Bar. in. l. palatinos. C. de colla. fiscali. lib. x. per tex. in. l. missi opinato res. de exactionibus tributoru. lib. x. & in. l. facultas. C. de iure fisci. eo. lib. Quod autē ignoto no credatur, facit qd de nuncio scribit Bar. in. l. j. s. cura carnis. ff. de offi. prefec. vrb. & in. l. neminem. ff. de exhibe. reis. & do. Anto. in. c. cū parati. in pen. co. j. de appel. cū similibus. Et adde quod no solum creditur Cardinali, si dicat esse legatum in prouincia, sed etiam super his qd exponit alicui, ad quem dicit se missum: patet in tex. & glo. in d. c. ad apostolicę in verbo, proponi. ¶ Et habet locum ista cõclusio, vt in ea dictum est in his quæ veniunt in generali commissione. secus in alijs secundum Bal. Imo. & do. Abba. hic. & doc. post Hostien. in. c. j. in pe. col. de offi. leg. in. vj. & Bal. in. l. si qua per calumniam. in vlti. col. C. de episc. & cle. & do. Anto. in. c. cum in iure. in. vj. col. & ibi do. Abb. de offi. deleg. & in. c. sua. de offi. vicarij. & do. Abb. in. c. quo ad translatione. de officio deleg. & Ioan. And. & do. Abb. in. c. ad audientia. j. de sent. excom. & Domi. in. c. eos. s. j. circa fide sen. exc. in. vj. & Ro. in l. sciendum. in. xxvj. col. ff. de verbo. obli. & Pet. de Ancha. latè in cle. j. in. iij. col. de proba. & ibi reprehendit Ange. qui consulu debere credi dicto Cardinalium super potestate dispensandi, vbi no agitur de dano alterius: quia secundum Pet. de Ancha. dictu capitulu nobilissimus. no loquitur in reseruatis, in quibus stat regula legis primę. C. de mādatis principum. Dicit tamen Bal. in. l. exemplo. in. fi. C. de proba. quem alleg. hic do. Abb. qd etiam creditur in talibus qn pluries ea exercuisset. tum propter cõmunem opinionem: tum propter assercionem tantiviri. & ex predictis est cautela in his que gerit ex speciali potestate. cū quo actus gerit. habeat copia literarum, in quibus appareat de mandato, & faciat literas insinuari secundum Specu. in. d. ver. quid si delegati. imò cõmuniter legati in talibus ponunt in gratia totam literam commissionis eis factę de illis secundum Ioan. an. An. ibi in additionibus. ¶ Tercia conclusio. Sicut dicitur si delegatum non creditur, nisi ostēdis literis, vt in. c. cum in iure. de offi. deleg. ita nec Cardinalibus: & si literis attestatur, tantum eis creditur, quātum de aliorum literis dicitur & in. c. post cessionem. s. de proba. secundum do. Anto. & Imo. hic. argu. eorum quæ habentur in. c. sicut. j. de sen. excom. & facit lex vnica ibi. nec vilius dignitate terreri. C. de manda. princ. & lex prohibitum ibi, cum literis nostris. Non est arbitrio suo casarianos & c. C. de iure fil. lib. x. facit etiam lex prohibitorias. C. de diuer. offi. lib. xij. ibi, Non possim nec latenter folis eorum auctoritatibus, nec sacrarum literarum exemplaribus: sed authenticis tantummodo nostra manu subscripsis. & idem rectè sentit Innocen. in. c. cū olim. el. j. in glo. fina. de priuile. dum dicit qd legato creditur, si est persona nobilis, postea subdesse delegato dicit quod opus est literis. & non limitat, prout dixi de legato. Idem firmat domi. Abb. in. c. præterea. in. ij. colum. de dilatio. dicens qd non est credendum asserenti se delegatum quantumque sit persona authorizabilis: nisi constet prius de mandato plenè. Et idē nec ordinarius debet exequi sententiam suam vel mandatum alteri præiudicabile: nec pars respondere debet coram eo nisi prius fiat plena fides de mandato: nec sufficit simplex copia. & ita dicit intelligi tex. in. d. c. cum in iure. & hoc vbi agitur de grauissimo præiudicio. Si verò de graui, oportebit saltem exhiberi copiam rescripti, vt ibi per cum. & idem ipse sentit in dicto. c. cum olim. el. j. quasi in fine. dum allegat. dictu. c. cum in iure. ¶ Sed domi. Abba. hic dicit se credere, qd quod sicut Cardinali creduntur maiora, scilicet cum asserit se legatum, ita credi debeant minora. scilicet delegatum. Ad idem conatur inducere istum textum. & ita dicit quotidie seruari in curia: quia etiam Cardinalibus committitur cau-



se, via voce Pape, nec de delegatione requirit probatio ultra dictum Cardinalis. Dicit tamen se non putare, qd credatur ei dicenti aliquid praeiudiciale ultra generalem commissionem propter glo. in c. sicur. j. de sentent. excom. In inferiori autem pro cedit opinio contraria, vt hic per eum. pro quo adduci potest quod no. Ioan. mo. in. c. j. de schisma. in. vj. & refert ibi Io. and. & Domi. vbi dixit qd sub verbis generalibus legum vel canonum poenaliu non comprehenduntur Cardinales, nisi exprimantur prout fit in illo. c. j. ex quo dicto late & eleganter con suluit Pet. de anch. confi. c. c. incip. pro clariori euidencia. qd regulae cancellariae poenales nunq comprehendunt Cardina les, nisi exprimantur: sicut non comprehendunt Papam cum quo ipsi faciunt vnum corpus, vt ibi per eum. & idem Hosti. & do. Anto. in. c. iij. de clerici. non ref. dicentes. c. quia pericul sum. de sent. excō. in. vj. habere locum in Cardinalib. & idem do. Abb. in clem. j. circa princi. de excet. praela. & sentit Ioan. and. in Specu. de leg. §. sequitur. in fi. dum alleg. d. c. quia pericu losum. ¶ Sed quod dixi in conclusione verius puto limitan do vt hic per Imo. videlicet vt non procedat, quando Cardi nalis est in curia, ita quod de facili potest haberi recursus ad Papam pro veritate: aliis non alleg. Spec. in tit. de proba. §. vi. dendum. vers. quid de auditoribus. & se ipsum in cle. j. de proba tio. & plus dicit Spe. ibi quod non solum Cardinalibus, sed auditoribus sacri palatii. & alijs creditur de delegatione com missa sibi, aliquando per cursores, aliquando per hostiarios Papae. aliquando per Card. etiam si non appareant, quia facile potest recurri ad papam presentem. imo dicit idē esse de quo libet audire dato a quolibet ordinario praesente, & dicit qd lex prima. C. de mand. princip. & d. c. cum in iure. \* loquitur \* quando delegans est absens & remotus. & istud bene not. quia sic saluatur opin. do. Abb. qui forte idem sentit, dum dicit de stylo curia. ¶ Quod autem dispositio. d. c. cum in iure. gene raliter cesset in Cardinalibus, no habeo pro indubitato: imo con trarium dicitur in locis alleg. in conclu. Prefertim cum agitur de prauidicio partis. Vnde dicit do. Abb. post alios ibi, quod idē non praesumitur quis bonus, & sic non mentiens in casu illo: quia est materia prauidicialis: tum quia iudicium redditur in inuitum. I. inter stipulantem. §. j. ff. de verbo. oblig. tum propter periculum litigandi coram iudice incompetenti. vnde succedit regula. c. cum a nobis. §. de testi. quod vni quantecūq; auctoritatis non creditur in prauidicialibus. patet in. c. licet ex quadam. in verbo. praesidali. eo. titu. not. glo. in. d. c. ficur. & ibi domi. Anto. & do. Abb. ¶ Et quando dicitur qd in lege debet fieri mentio de Cardinalibus, vt cōprehendantur. istud tol litur multipliciter. ¶ Primo quia Archi. Ioā. and. & Do. in. c. nemo deinceps. de elect. in. vj. dicunt qd ille text. in verb. nemo, comprehendat Cardinales, de quibus non oportet fieri men tionē. cum indefinita equipolleat vniuersali, vt ibi per eos. & dicit Dominicus quod dicit Ioan. mo. in. d. c. j. potest proce dere in re, quae de sui natura no est mala, sed per legē efficitur mala: quae oportet exprimere Cardinalem, vt ibi factum fuit. vel dicit ipse & melius Io. mo. no creditur in hoc cu esset Car dinalis. & dem dicit Domi. in. d. c. j. ¶ Secundo quae dicit Ioan. de ana. & bene in rubj. de clerici. excō. in vlti. col. qd. c. quia peri culosum. de sen. exc. in. vj. non habet locum in Cardinali non Epo: quia in eo cessat ratio illius. c. scilicet impediendi officium episcopale. & licet Dominicus aliter dicat in. d. c. quia. tamen istud forte verius: quae vt patet ex glo. ibi in verbo. suspensione illa decretalis non extenditur. ¶ Tertio, quae sequeretur qd ferē nulla lex canonica ligaret Cardinales: quia rarissime de ipsis fit mentio. & ita in casu. c. si quis suadente. xvij. q. iij. cum simili. non comprehenderetur, quod non est dicendum. ¶ Quarto, quia sequeretur, quod etiam in Episcopo non haberet locum. c. cum in iure. per. c. inquisitores. de haereti. in. vj. & d. c. quia periculosum. cu simili. quia de ipsis oporteret fieri mentionē, & hoc non est dicendum: quia legalitas personae vel dignitas nihil operatur, vbi agitur de prauidicio alterius, vt dicit Bal. in. c. iuravit. §. de proba. & contrarium in proposito tenet hic domi. Abb. Nec est verum, qd constitutio simpliciter loquens

non includat Epōs, patet ex glo. in verbo. suspensione. in. d. c. quae periculosum. sed habet locū in casibus a iure expressis, vt in. d. c. inquisitores. & c. fi. de priui. eo. lib. & c. fi. de re iud. eo. lib. quae p bant regulā esse in cōtrariū per locū a speciali, si enim talia eis de iure cōpeterēt, sup. si uē essent illē cōstitutiones. ¶ Itē facit, quia credere alicui ppter eius dignitatē, est stare praesumptio ni, sed tex. in. c. cum in iure. dicit: certus extiteris. & sic requirit certitudinē: ergo no sufficit iuris praesumptio, vt not. Bar. in. l. j. C. de fi. instru. & iure haestē. ff. lib. x. & quādo dicit, qd dū cre ditur Cardinali in legatione rēdet. d. Car. in cle. ne Romani. §. eo ipso. de elec. qd illud est de stylo no de iure, & maximē: quia legatio no est alteri prauidicabilis in his, quae no indigēt spacia li cōmissione. in illis enim quae indigēt, no credit, vt. §. dictum est. ¶ Et idē dicit elegāter Archi. vt refert ibi Domini. in. d. c. nobilissimus. quod licet legatus notus & honestus recipien dus sit sine literis, & ei credi debeat vt ibi: non tū audent tanq tales iudicare. dicit ibi tū Dominic. quod si iudicaret, & post eā disputaret de eius gestis, sufficit qd habeat tūc pro legato. & ista omnia sint dicta pro veritate, salua semp cōsuetudine sty lo inuolabili curiae Romanae. ¶ Tertia conclusio. Testimoniū solius Cardinalis etiā iurati no pbat plenē cōtra aliquē, secun dū. d. Ant. & do. Abb. hic per. c. cum a nobis. in verbo. quātecū que dignitatis. §. de testi. & est gl. not. in. d. c. ficur. quae etiā mul tū no. Ant. & do. Abb. ibi. & do. Abb. in. c. cū in ecclesijs. in. ij. col. de maio. & obe. & in. d. c. cū olim. el. j. & ibi bona gl. in ver bo, quorūdam. facit. l. iure iur. in fi. C. de testi. cū fi. & idē con suluit do. Car. cōfi. cluij. incip. Redēptoris & c. in questione qd vertitur. qd dispositio cle. j. de appel. habet locū in inferiore a Papa. ¶ Sed limitatur ista cōclusio, nisi attestaret de actis factis eorū eo, secū dū Inno. in. c. cū dilecti. super verbo rñsonem. de accu. & Bal. in. d. l. si qua per calūniā. in vlti. col. C. de epif. & cle. & Spec. in titu. de lega. §. sequit. circa si. vers. itē qd eis credit super actis. & do. Anto. in. c. quoniam cōtra. in. xxxviij. colū. §. de pba. & ibi dixi in. v. cōclusionē. sed tū istud no pcedit de iuris rigore secū dū Spe. in titu. de testi. §. j. ver. quid si aduocatus. vbi refert ita dixisse Clementem quartū. & sequit do. Ant. & do. Car. in. c. cōstitutus. el. iij. de appel. & hoc tenēdo pōt respōde ri ad illū tex. quod sit speciale in Cardinali attestante de actis, etiam corā alio super quibus adhibuit cognitionē, quādo ver titur causa electio: cui in hoc fauet ob celeriorē expeditio nē. argu. c. quā sit. de elect. in. vj. ¶ In glo. pen. in fi. & ¶ quare ex communicatio lata ex falsa causa nocet: & absolutio facta ex falsa causa non profit, remittit hic Imo. ad gl. vltimam in. c. ex parte. de offi. ordi. quia secū dū eū quādo fertur excommunica tio, licet ex falsa causa, iudex agit excommunicare & reputatur excommunicatio medicinalis potius, quā mortalis. c. j. de sen ten. excommuni. in. vj. idē tenet, sed vbi fit absolutio ex falsa causa, non prodest ex quo non est facta a vera causa: nam etiā si quis esset excommunicatus ex duplici causa, si fieret absolutio de vna, nihilominus remaneret excommunicatus in alia. c. cum pro causa. §. de sentent. excommu. ¶ Item secundum Bald. hic validitas excommunicationis est propter rigorem censu re, sicut propter rigorem diffinitiuē valet sententia erronea, vt not. in. l. si is ad quem. ff. de acqui. heredi. in. l. seruo inuito. §. cum pretor. ff. ad trebel. secus si non est diffinitua, vt. l. tutor penitus. ff. de tuto. & cura. & l. qui testamentum. ff. de excu. tu tor. secundum ipsum. ¶ Item in excommunicatione, defectus surgit a iudice: in absolutione verō defectus surgit a parte, cuius subreptio vitiat secundum do. Anto. & Imo. in. d. c. ex parte. ¶ Sed do. Cardi. in repeti. c. perpendimus. in. xliij. colū. ver. quāro circa hoc. §. de sentent. excommunicatio. dicit quod licet omnes teneant gloss. in. d. c. ex parte. tamen non procedit secū dum eum: quia imo excommunicatio lata ex falsa causa, quam si excommunicans sciuisset non esse veram, non erat excommuni caturus, non tenet. & dicit se dixisse in. c. ab excommuni cato. de rescrip. quia omnis dispensatio ex falsa causa vitatur, quando causa est adaequata effectui. Item quando dispensans ces sante causa non erat dispositurus. ita dicit esse casum nota. in. l. prima. C. de falsa causa adiecta legat. & idem probari ex presē in. d.

presē in. d. c. quae circa. secū dū intellectum quē dicit se posuisse ibi. qd causa intelligitur ibi apposta cōditionaliter: quae clau sula si ita est adiecta in rescripto, quae etiā ommissa subintelligit c. ij. de rescrip. facit rescriptū conditionale. cū autem causa apponitur conditionaliter, habetur pro finali, adeo qd si est falsa, vitiat. l. demonstratio. §. si. ff. de condi. & demon. & ita saluatur intellectus illius. c. quae circa. per quae concludit. d. Car. contra glo. in. d. c. ex parte. sed no exprimit, an absolutio ex falsa causa teneat, licet in sequēti. q. dicat, qd absolutio etiā iniusta teneat. per tex. allegatū in. c. venerabilibus. §. vbi autē. de sent. excō. in. vj. ¶ Sed dicit do. Car. hic qd inter absolutionē & excommu nicationem non est differentia in proposito: & ita dicit se dixisse in. c. ab excommunicato. de rescri. in. d. c. ex parte. & qd ex cōmunicatio & absolutio ex falsa causa no teneat. sentit Ang. in. l. ij. §. signominā. ff. de infra. iuncta gl. ij. q. j. in summa. & not. per Domi. in. c. ij. in. iij. colū. de sen. excō. in. vj. & idem sentit Cal. in tit. de sen. excō. confi. xj. ¶ Sed do. Abb. in. d. c. ex parte. dicit se credere quātūm ad excōicationē, qd si excōicator igno raut causam esse falsam, non tenet excommunicatio, licet cau tum sit petere absolutionem iuxta not. in. c. j. §. ti. j. Sed si excō municator intendere oīno excōmunicare, tunc excōicatio tene t, licet sit iniusta. Idem dicit in absolutione: quae si absolvens intendebat omnino absolvere etiam si causa expressa omnino esset falsa vel iniusta, tenebit absolutio. per. d. §. ti. j. & no declarat, quid si absolues non absoluisset causam falsam, an ab solutio teneat: nā tex. indistinctē loquēs in. d. §. vbi autē. probat qd teneat. ¶ Quapropter qn constat de falsitate causae, & non apparet de intentione superioris, remanet dubium, an falsa causa vitiet absolutionem. & in hoc. d. Iaco. in. d. c. quae circa. di cit se repetendo. c. ab excommunicato. tenuisse qd absolutio non teneat, quādo est falsa causa, & faciūt ille rationes. ppter quas excōicatio etiā no tenet. Itē quae ista duo aequiparant excōicatio & absolutio cū vtrūq; ad salutē pertineat & fiat. \* Nec obit. §. vbi autē. quae secū dū eū intelligitur de alia iniustitia, qd de iniustitia ex expressione falsae causae, vt de iniustitia ordinis abso lutionis: vt quae non vocata parte ad cuius instantiā lata fuit excōicatio. c. romana. §. aut. de app. in. vj. secū dū ipsum. ¶ Sed dñi de Rota deci. ccccix. inci. si pronunciet informis, tenent qd ex cōicatio ex falsa causa, & sine ordine iuris valet & tenet. per. c. sacroj. de sen. excō. & c. j. e. ti. in. vj. & ita absolutio: quae pari pas su pcedit. c. v. verbū. de pce. dist. j. & pulchre no. Innoc. secū dū eos in. c. ab excōicatio. super verbo, obtētis. de rescri. & glo. pe. in fi. in. c. inferior. xj. dist. Et ex hoc decidunt qd licet male ab solutus a cōsura legis reincidat statutum, si non paret. c. eos. de sen. excommu. in. vj. tamen absolutus male a sentētia hominis non reincidit: nisi solenniter reintroducatur: quia ita tenuit absolutio, sicut tenuisset excommunicatio. & pro hoc etiam vide Inn. in. d. c. sacro. in verbo: alioquin. vbi sentit qd absolu tio ex falsa causa teneat: & idē dicit glo. in. d. c. de manifesta. in verbo, absens. ij. q. j. Quod sicut valet excōicatio lata no ser uata debita forma, ita absolutio. non dicit qd licet absens non debeat absolui: tamen si absoluitur, erit absolutus. Et idem Archi. in. c. cū aliquis. xj. q. iij. & glo. in cle. j. in verbo, nullatenus. de sequest. pōt. & fruc. & not. d. Abb. in. c. cum pro causa. in. ij. col. de sen. excōm. & est tex. in. d. §. vbi autē. maximē cum superior petitus debeat absolvere. c. qua fronte. ij. respon. de appel. & c. cum contingat. ad fin. de offic. delega. nec probatur in. d. c. ex parte. quod absolutio ex falsa causa non teneat, sed quod taliter absolutus remittendus est ad dominum Papam. ¶ Ex quibus omnibus deuenitur ad hoc, qd si excommunica tio ex falsa causa tenet, tenet absolutio. Si autem excommu nicatio non tenet, vt voluit do. Card. tunc ista probant, quod no tenet absolutio. ¶ Sed cogitabam, an dici posset, quod ista quæstio non differt ab illa, de qua per glo. in. c. ij. §. de testi. co gen. Et sicut dicit ibi do. Abb. cui fatis adhegi, quod subsisten tia impeditio excommunicatio illa non tenet propter inten tionē proferentis, ita hic non tenet excommunicatio vt dixit do. Card. & per consequens nec absolutio etiam si con stet de intentione superioris: quae videretur subesse error into

cipali de concessio. præben. ¶ Et no. diligenter, quod est differentia an dicatur, si constiterit, vel dicatur, si est de tali vico: quia primo modo loquendo non sufficit illud esse de tali vico, nisi constiterit. Secundo modo sufficit, secundum Innoc. hic. & gl. in. d. clem. j. & sentit Lopus allega. xv. incipi. Idem est dicere, licet domi. Ant. hic dicat se non videre differentiam, sed imò est secundum Imo. hic in hoc insudatam. quia secundum ipsum verbum si constiterit, sonat in iudicalem indaginem & scientiam limitatam de conditione. sed aliàs si est sonat in simplicem veritatem facti. & sic sufficit id esse verum etiam si executori non constet. & si diceretur, quod non sufficit conditionem esse veram nisi executor sciat, per. c. prudentiam. in. principi. de offic. delega. vbi qui potest procedere tertio impedito, debet scire de eius impedimento, aliàs processus non tenet etiam si vera esse impeditus, quia respondet hic Imo. ex dictis Io. andr. in regula. eum qui certus est. de reg. iur. in. vj. quod potest quis ad executionem mandati procedere si putet conditionem veram: licet aliter nesciat. Nec obstat. c. prudentiam, quia non habet locum quando impedimentum est necessariu, & sic non consistens voluntate impediti, sed in alijs impedimentis, vt eleganter per Ioan. andr. in dicta regula, in solutione. & ideò cum illa conditio si est de tali loco, non pendeat a potestate alicuius sed a mera facti, veritate videtur quod sufficiat illa in veritate subsistere. & hoc putet mandarius: licet aliter nesciat veritatem, vt hic clarius per Imol. respondet certis alijs obiectis. intellige ergo, quod illa conditio, si est de tali loco, operatur quod si non est processus erit nullus. sed si est, valet dato quod de hoc non constiterit. ¶ Quarto aduerte in hac conclusionem: quia potest appellari a grauamine inferendo per executores, etiam quando non assumit partes iudicis. & excommunicatio postea lata per eum non tenet, vt hic per domi. Anto. hic caueat appellas: secundum Imo. vt non appellet ex eo, quod executor non verificat conditionem que subintelligitur, quia appellatio non erit legitima per predicta, sed bene potest appellare ex eo, quod procedit contra intentionem scribentis providei indigno etiam non notorie: quia docto de illius sufficientia, licet quod gelsit executor non sit nullu cessante notorietate secundum predicta: tamen potest irritari etiam secundum opi. domi. Abb. de quo. §. Et si non appellaretur processus executoris teneret, quando non sit contra formam mandati: & sic mandatum non erat conditionale. An autem sit aliquod remedium, dic ex mente Ioan. andr. & aliorum, quod potest peti cassatio prouisionis, imploratio officii iudicis, per id quod habetur in. c. constitutus. el. ij. de appella. & in. c. cum olim. de causa posses. & proprie. & dicit vbi per Abb. cum conor. quas allegat. Si autem processit contra formam mandati, non est opus appellare: quia processus est nullus: sed semper potest dici de nullitate, quod intelligit Imo. vbi processit extraiudicialiter. sed si iudicialiter: dicit secus propter autoritatem iudicariam. Nam etiam in beneficialibus transit sententia in rem iudic. cum dilecti in. fi. de elect. & ita dicit tenendo domi. Anto. in clem. j. de offic. dele. per notata per Io. andr. in. c. ad audientiam. el. ij. de rescript. & cum hoc transeo sed non sine scrupulo: quia non capio istud quod processus contra formam mandati efficiatur validus propter taciturnitatem partis. Si enim est nullus, quomodo fieret differentia, an sit processus iudicialiter vel extraiudicialiter? & re vera Abb. sentit contra in dicto. c. ad audientiam. in pe. colum. ver. mihi tamen non placet. de rescript. dum tenet contra alios: ibi quod si executor ad beneficia processit iudicialiter per literas surreptitias processus est nullus dato quod non sit appellatum. & sic vt ipse considerat surreptionem. Ita considero excessum formæ mandati. sed posito quod opi. domi. Anto. & Imo. sit vera an sit remedium puta denunciationis vel alius: dic vt per docto. in. d. c. ad audientiam. & istis adde Car. consilio. cxl. quod incipit in Christi & factum tale est magister Bartholomeus. vbi dicit quod executor beneficalis potest procedere tanquam iudex. Item etiam potest procedere extra iudicium & parte non citata. sed si procedit primo modo sit præiudicium parti nisi appellet intra x. dies. Secus si processit secundo modo: quia tunc auditur etiam sine appel. etiam post x. dies. allegat Inn. hic. ¶ Tercia & vltima conclusio. eo casu quo executor assumit partes iudicis debet iudicialiter procedere, secundum formam cle. sepe. de verb. significa. non tamen tenebitur pronunciare super veritate ex.

veritate exceptionum vel conditionis, sed sufficit tacita pronuntiatione procedendo ad prouisionem, vel executionem mandati. Ita not. Ioan. an. in. c. capitulum. de rescript. & sequitur do. Ant. & Imo. hic. & dicitur pronuntiare quantum ad effectum ne obstat. l. d. qua re. ff. de re iudi. & ita sentit Inn. in. c. proposuit. circa finem de coce. præb. Si autem non tenebatur assumere partes iudicis & expressit se velle assumere, & iudic. pcedere: debet procedere secundum formam dictæ cle. sepe. nec videtur posse variare: cum non doceat ecclesiasticos. c. cum autem de iure patro. Si autem nihil dixit, sed processit in aliquo actu iudiciali, non tenetur in alijs procedere: ex quo isti actus sunt separati. per id quod not. glo. in. d. cle. sepe. in verbo, partibus. & Hosti. d. c. quinta uallis. ita concludit hic Imo. Adde in hoc vltimo Bal. in. d. l. neque natales. in vlt. col. & Pet. de ancha. consil. cccx. quos retuli. §. in prin. secundum concludit & ibi dicta declara per ista, vt non procedat, quando expressit se velle procedere iudicialiter. Quod diligenter nota, propter autoritatem Imo. quia ratio sua potest tolli, videlicet de narratione, cum etiam laicus possit esse executor merus, vt Ro. de censi. cccclxix. & etiam quia ex causa licet variare, & hic effectus præiudicium partis: pro ipso tamen facit illud vulgatum dictum Hosti. in. c. continebatur. de his que fi. a Prælati. quod. l. quoties. C. de rei vendic. non procedit in ecclesiasticis. adde etiam Bal. hic qui tenet, quod vbi executor incipit cognoscere tanquam iudex possit omitti via iudicij transire ad aliam viam arg. c. pastoralis. de causa posses. & proprie. Potius enim videtur citasse ad cautelam, quam vt præcludat sibi viam potestatis. argu. l. iij. de milit. testa. sed non aperit, quoniam expressit dixit sic, volo procedere iudicialiter. Adde etiam istis Bald. in. l. fin. ff. de constit. principum. vbi ponit, an coram executoro requiratur libellus Ioan. and. in. d. c. accepimus. Adde etiam d. Anto. in. c. cum contingat. in. xvij. colum. versu. ex his patet. de rescript. vbi latè ponit: an executor ad beneficia teneatur admittere exceptiones. de quo & per Arch. in. §. offeratur. iij. q. iij. & Imo. in. cle. j. in. vij. col. de regulis iuris. ¶ Reliqua in hac materia dic, vt hic per docto. quorum substantialia dicta sunt relata. sed adhuc ultra ipsos ¶ quero primo, quod duplex est executor ad beneficia solutio. dic vt per Fede. consil. cccxj. incip. quia in presenti. in. ij. col. vbi ponit, quod aliqui sunt ad prouidendum aliqui ad compellendum. ibi quoniam literæ executoriæ incipiunt fortiri effectum, vt ibi latius per eum. ¶ Tunc quero, vtrum in examinatione quam executor facit super idoneitate alicui, teneatur citare aliquem, qui velit opponere illum, non esse idoneum? Solutio. dicit Inn. quod non. in. c. fi. de trans. \* Episcoporum \* & per illud dictum Imo. dicit Do. in. cap. si forte. in. fi. de electi. in. vj. qd si examinatio obiectorum que fit contra personam electi fit in contradictorio iudicio, debet esse præfens electus. si autem superior ex officio examinat, an quiuis sit dignus, potest recipere testes eo absente. allegat Imo. vbi supra, & per illud dictum Imo. dicit. d. Flor. in. disputatione. Baro quidam. in. xj. cha. quod in legitimatione cum sit actus extraiudicialis, non requiritur citatio. de quo per modernos in. c. per venerabilem. in. xvj. col. j. qui fil. sint legi. & illud dictum Inn. sequitur Car. in. cle. j. in. iij. notabili de off. dele. dicens in terminis nostris, quod executor potest inquirere de vita promouendi, eo non citato. & limitat, nisi diceretur citatis citandis, per. d. c. exhibita. & adde Card. consil. cccxij. quod incipit. T. Archipresby. vbi dicit, quod in actu qui expedit extraiudicialiter, non expedit partem citari. allegat Imo. in. d. c. fin. & hoc dicit esse singulare in eo, quod probatur ibi, quod etiam si examinatio fiat per commissarium, non expedit partem requiri. & dicit esse sing. dictum Innoc. vbi supra. Nec ob. quod notat Hosti. in. c. ex ratione. de appellatio. vbi dicit, quod in extraiudicialibus debet fieri citatio eorum, quorum interest: quia respondet, quod hoc est verum ad effectum, vt actus teneat in eorum præiudicium: qui aliàs non teneret. l. per fundum. ff. de serui. rusti. præ. quam responsonem multipliciter not. Et adde Rotam in formis deci. cclxx. incip. si maderetur. vbi dicitur, quod si mandatur quod si per aduentum litis constiterit neutri litiganti ius cõpetere, pvideat sufficientiori. de hmodi sufficientia poterit se informare per testes etiam abentibus quorum inter-

rest. & allegat Innoc. in. d. capit. fina. sed hoc intelligunt, vbi actus committitur extraiudicialiter. scilicet si iudicialiter, vt in casu illo, vbi prouiso facienda iniudicio, habet vim iudicationis nisi de literatura possit probari per testes: puta vnum graduatum: & alium non: quia ad hoc frustra interfunt. scilicet, si aliter de eorum literatura disputaretur, vt ibi. ¶ Tercio quero, vtrum executor antequam sint ei presentate literæ, possit exequi vt executio teneat. Solutio. dicit vt amplissimè per Rotam in formis decisi. cccclvij. incipien. circa. iij. vbi solenniter disputant concludentes, quod quo ad translationem iurisdictionis in iudicem non requiritur potestatio literarum, seu scientia iudicis, vel executoris: quia ex sola principis voluntate in ipsum iurisdictionem transfunditur, etiam in inuitum, & ignorantem, sed quo ad acquirendum exercitium iurisdictionis necessaria est presentatio literarum: maximè per. c. super eo. in. fi. de appel. ¶ Quarto. iij. Papa concessit alicui benef. & dedit executores propter absentiam executorum, iste iuit ad ordinariu, vt exequeretur vtrumque possit videtur quod non pa. committendo executionem vni, videtur ad se negotium aduocare: vt nullus alius possit se intrudere. & sic Episc. videtur incõpetens. In contrariu videtur. l. si longius ff. de iudi. Solutio. Bal. format quonem in feudo, eo modo, quo dixi de benef. in. c. j. §. si de feu. facta fuerit contro. inter do. & agnatu dicit, quod si executori est commissio magna collatio: & tunc fine dubio ordinarius se intrudere non potest quia literæ non diriguntur sibi, iuxta not. in. c. eam. de rescript. Aut est commissio mera facti executio, & tunc si queris, an possit ex vi mandati? & dicit quod non aut ex vi ordinariæ iurisdictionis, & tunc potest suaderi quod sic: quia cum gratia sit perfecta, non debet impediri eius effectus propter absentiam executoris. cuius dilatio non debet esse impetrati danosa. Postea dicit Bal. sibi indistincte videri: quia ordi. se intrudere non debeat: quia non potest expirare officio executoris, quod certè expirat re executâ. & ideò impossibile est executorem præuenire. l. qui absentis. ff. de acquir. poss. quod executor est datus loco forme obseruandæ. l. quidam testis. scriptus. de l. e. ita refidet Bal. ibi. ¶ Tercio. v. quid si executor processit vi gore literarum, quæ erant surreptitiæ, dic quod processus est nullus: per tex. in. c. cum nostris. de concess. præb. que dicit ibi. d. Ab. esse semper menti tenenda. nec distinguit, vtrum executor processerit in figura iudicij, an non, sed simpliciter iudicat processus irritus. & illud tex. not. etiam. d. Ant. & Imo. ibi. ¶ Tercio. vltimo. executor nulliter processit, adeo quod gesta ab eo non tenent vtrum collatio redeat ad Pa. an ad ordina. Sol. Conclude secundum. d. Ant. & Abb. in. c. inter dilectos. de excess. Pregra. quod si Papa mandat conferri benef. sibi reseruatum: & tunc licet collatio non habeat effectum, non potest inferior se intrudere. c. si eo tempore. de elect. in. vj. Aut non est vsus verbo reseruationis: & tunc aut Papa mandauit illud beneficium conferri, non expressa certa persona, & idem quia videtur sibi reseruasse & voluisse providei. Aut mandauit conferri certæ personæ: & tunc si collatio non valuit reuertitur ad ordinariu: quia Papa intendebat tamen illi personæ providei. Ex quo ergo illa persona non potest habere vel per surreptionem literarum, vel per indignitatem, eius potestas redit ad ordinariu: quia cessante causa, cessat effectus: vt ibi per eos. quibus adde omnino Pet. de anch. consil. lvij. incip. circumscripitis regulis cæcellariæ. vbi refert in hoc scripta Imo. & Io. an. in. d. c. inter dilectos. & dicit esse regulam cæcellariæ, quod si de beneficio vacante, vel quocumque movacaturo providei mandatur, & prouiso ex aliqua causa non potest effectum fortiri, ab eo die remanet beneficium reseruatum, etiam si postea non eo modo vacet tamen regulam in hodiernis non reperio. & ista omnia nota quia de ipsis sæpe eris requisitus.

Huius rubricæ De præsumptionibus.

FINIS.

GG iij





Onithic Bal. De multiplici genere iuramenti: dicens qd aliud est decisiuum, & huius tres sunt species. l. j. ff. eod. Aliud solidatiuum contractus, vt in aut. sacramenta puberum. C. si ad uerfus vendi, per qua dicit vnum, quod re feram examinando materiam illius aut. in. c. cu contingat. eo. Aliud est eniciatiuum, qd non interponitur animo obligadi. alle. l. sciendum. §. dictu. ff. de edil. edic. & dicit esse videnda vna glo. multu singularem in l. Lucius. in ver. debeant. ff. de his, qui not. infami, vbi glo. ponit de iuramento assertorio, vel promissorio sed de istis vide plenissime Bald. in repet. l. ij. in. xj. char. versi. de secunda. q. ff. e. & d. Car. & d. Abb. in. c. fi. in. j. col. j. eo. post glo. ibi, & per glo. in. l. j. C. de reb. cred. & in. l. j. & ibi Bar. ff. de iureiur. ¶ Et de iuramento assertorio vel promissorio, vi de etiā per Anch. in. c. auctoritatem. xv. q. vj. & vide Archi. in. c. omne. xxij. q. j. ibi ponit multos casus, in quibus licite iuratur, vel nō. De quo etiā per glo. ordinariam. xxij. q. iij. in. summa. & Bal. in. l. si ad excludendū. C. de reb. cre. vbi ponit sex modos vel sex regulas, in quibus cognoscitur iuramentū illicitū, & de diuersis modis iurandi, vide Archi. in. cōsidera. xxij. q. j. ¶ Itē de multiplici diffinitione iuramenti, dic vt hīc per do. Abb. & adde tex. in. c. quātūlibet. xlvij. di. vbi Do. dicit esse casum pro diffinitione gl. xxij. q. j. in. summa. que dicit, quod iurare, est ali quid Deo teste affirmare, & iuramentū est vox ipsius iuratis vel actus ipse, vel ipsum qd iuratur. adde etiā Bal. in. repe. l. ij. in. xj. char. versi. ego de primo quaesito. ff. de iureiur. vbi ponit tres diffinitiones iuramenti, & ea subtiliter impugnat, & ex impugnatione tertia diffinitionis potest impugnari diffinitio, qua retuli. ¶ Nam dū aliqui dicūt, qd est cōfirmatio veritatis, dicit Bal. qd ista diffinitio nō videtur perfecta: quia nō omne iuramentum, est de veritate, sed quoddā est de credulitate. l. ij. §. q. obseruari. ibi, qd quisq. credit, aut estimat. C. de iura. calūn. sic etiam posset impugnari dicta diffinitio, dum dicit affirmare, sed vltimatē diffiniuit Bald. ibi, qd iuramentū est actus inuocacionis seu assumptionis diuini numinis ad cōfirmationē seu testimo. veritatis. Nec obit. quod nēq. pro creatorem, sed & per creaturā iurari potest: quia rīdet, qd qn quis iurat per creaturam respectu diuini numinis iurat: quia tanquam cā efficiens reputatur in qualibet re creata, & tunc valet tale iuramentum: quia praestatur respectu diuini numinis. alleg. l. qui per sa litem. ff. de iureiur. & aliqñ iuratur per creaturam in cōtume liam diuini nominis, attribuendo creaturæ qd est creatoris: & tunc nō est iuramentū: quia ibi nō est religio. vnde si quis iurat per diabolu, ibi nō est iuramen. vt ibi per ipsum. ¶ Et de materia huius rubricę habetur in. xxij. causa per totum reperitur in sexto. & in cle. & latē per beatū Tho. ij. q. v. lxxvij. per totū. vbi tractat, quod comites debeant habere iuramentū, & qñ liceat iurare & an iuramentū sit petendū, vel frequētandū. De quibus etiam per glo. & Archi. xxij. q. j. in. summa. de materia etiam in Spe. in titu. de iuramenti dilatione. & in tit. de iureiur. & in alijs multis locis extendendis per hunc tit. in quo fiet mētio de multis consilijs, & decisionibus. hincinde sparfis: ad eodē certitudinaliter sperare possumus maiora, & vtiliora in hoc celebri titulo, quā vnquam habuerim

S V M M A R I V M.

- 1 Actio oritur ex iuramento extraiudiciali promissorio.
2 Pars cui iuratur, potest remittere obligationem, super qua iuratum est. Et intelligit, nisi pars qua iurauit, iam incurrisset periurium: quia remissio non prodest. nu. 3.
4 Creditor dando dilationem maiorem, quam prima iurata fuerat, an videatur tollere iuramentum?
5 Fideiusor an videatur liberatus prorogato tempore reo?
6 Collegium non incurrit periurium delibans viuere contra statutum iuratum, quod factum est in eorum utilitatem.

- 7 Debitor quot modis iurat vsurario? & de remedijs, quibus debitor vii potest. nu. 8. 9. 10. 11. 12.
13 Debitor quando iurat soluere, & nullam questionem mouere, quæ quot competant remedia, nu. 14.
15 Episcopus an possit absolueri a iuramento. Adde nu. 16. & 17. 18.
19 Capitulum an possit absolueri a iuramento, sede vacante? Arguit ad partem contrariam. nu. 20.
21 Iudex secularis, an possit absolueri a iuramento. adde numerū. 22.
23 Citatio partis an requiratur in absolutione iura. nu. 24. 25.
26 Contractus an rescindatur data absolutione a iuramento?
27 Absolutus a iuramento praestito super contractu simulato, an possit agere de simulatione contractus in alia curia, vel an cogatur agere in curia episcopi, a quo fuit absolutus a iuramento.
28 Absolutio a iuramento an possit peti post periurium incursum.
29 Absolutus a iuramento ad hoc vt possit docere de vsura vel alia qualitate, per quam mereatur absolui a iuramento, an si probat de illa qualitate, debeat secundo absolui: an vero sufficiat prima, vt possit venire contra contractum?
30 Absolutio iuramenti an possit peti per procuratorem?
31 Absolueri a iuramento an possit episcopus Florentinus, si Florentinus contraxit Bononia, iurauit super contractu.
32 Absolutio a iuramento, an possit peti tempore feriarum?

C A P. I.



Administratiōis. Agi potest ad relaxationē iuramenti, cuius implementū turpitudinem cōtinet ex parte suscipiētis. hoc dicit. supplet Bal. & si nō remittit ipse Epi. potest remittere, vel eius vicarius. & hoc dicit patere in antiqua. & quādā aliās dixi in. c. ij. de sponsa. repetā hīc tanquā in loco ordinario & multo magis visitato. Primō, per istum tex. dicit hīc. d. Car. se dixisse repetendo. c. testimo. §. de testibus. qd ex iuramento extraiudiciali promissorio de iure canonico oritur actio arguendo sicut iuramentū praestitum homini, potest ab homine relaxari: quia iurans parti intendit illi promittere: licet ad confirmationē adducat religionē iuramēti, & directē inducit obligationē homini: aliās nō posset ab eo relaxari, & si inducit obligationē, per cōsequens actionem. Tenet hęc rō: quia par est potestas tollendi & inducendi. c. j. de reg. iur. & idem dicit hīc. d. Abb. nō nominato do. Car. de qua materia dic, vt latē per oēs in. c. cū venissent. de insti. per Bar. in. l. si quis pro eo. in. ij. col. ff. de fideiur. per Bal. in. l. j. C. de ope. li. & in. l. fi. in. iij. col. C. de fidei cōmissis. ¶ Tercio colligitur ex hoc, qd est dictū, & ex tex. q. licet iuramē. principaliter obliget Deo. c. debitores. j. eo. l. iuris iuran. C. de reb. cre. tñ si ille, in cuius fauorē iuratur, obligationē remittit, non indiget iurans alia absolutione: quia Deus videtur etiā remittere. cū\* ad vtilitatem\* alterius iuramentū receperit. Ad idem in. c. ij. §. de renū. & c. significauit. de cens. c. ij. de spon. & l. ff. qui, & a quib. ibi, nisi id patronus remittat, & illā. l. no. Bal. in. aut. qd ei. C. de nupt. ¶ Istud declarat eleganter Spe. in tit. de legato. §. nūc ostēdendū. ver. hoc quoq. vbi tale iuramē. pertineret ad religionē vel pietatē, puta si iurant duo ire in subsidiū terræ sanctę, vel religionē ingredi, vel eccl. leuare: quia ipsi sibi hoc iuramentū remittere non pnt. ¶ Posiunt tñ habentes itinerare remittere qd non vadāt simul, sed nō p. nō vadāt. Item intelligit. Spe. hoc non procedere, qñ aliqui sibi iurant pro tēporali cōmodo promittendo aliquid qd tenebantur, puta, si mercatores sibi iurāt carius iusto nō vendere: quia videtur iuratu in animarum salutē. Item intellige nō procedere, vbi aliqui simpliciter iurāt se facturos, vel non facturos aliquid qd nō concernit cōmodū vel incōmodū iurantiū: qui nequeunt se mutuō absolueri, secundum ipm. ¶ Procedit ergo iste tex. cū si. solū, qñ iura. tendit ad cōmodū vel incōmodum partium, super re ad quā quo ad Deū nō tenebantur, nec cōcernit cultū diuinū, & ista dicta Spe. sequitur ad literā Gul. de monte lauduno in cle. j. eo. tit. i. facta mentio Spec. de quo reprehendit eod. d. Car. ibi. in. xij. q. & tangit

& tangit aliquid Imol. in. iij. col. & habentur etiā ista dicta in summa pisa, in verbo, iuramen. el. ij. & per Io. an. & do. Ant. in. c. ij. de sponsa. & idē tenet in effectu beatus Tho. ij. q. lxxix. arti. vj. in responsione ad secundū argu. ¶ Item intellige praedicta, nisi pars, qua iurauit iam incurrisset periurium: quia amplius nō prodest remissio partis, per ea que dicuntur, & not. Bart. loquens de hac prorogatione in. l. pen. in. ff. e. & in. l. j. §. sed & post operis. ff. de oper. no. nun. & Bald. in. aut. quoe ei. C. de nupt. adde tñ, qd si lapsus esset tñ de termino, qd certum esset intra terminū expediri nō posse id, qd fuit iuratu, tñ prodest remissio, vel prorogatio: secundum Bart. notanter in. l. cū stipulatus sim mihi a proculo. ff. de verb. ob. quia periurū est pœna legalis: ergo nō cōmittitur ante diē. c. commissi in prin. c. de elect. lib. vj. ¶ T Vtrū autē creditor dando maiorē dilationē, quā sit prima iurata, videatur tollere iuramē. d. Card. dixit fin. qd sic in cle. j. §. nos itaq. in. v. q. de iureiur. & allegād Mattheū ibi & Raymundū in summa & Spec. eo. tit. ver. item pone. & non dicunt simpliciter, qd nō soluendo in primo termino prorogato, nō sit periurus, sed est totaliter absolutus. Et qd hęc facit. l. quia iuramentū extendi debet quāto minus fieri potest propter periculū periurij. c. cū clerij. de verbo. signi. vnde nō trahatur ad incognita. c. ij. §. de renun. c. veniens. j. eo. & l. fi. C. de non nu. pecuni. ¶ T Secundo facit, qd dicitur de fideiussore, qd si interuenit in obligatione facta ad tēpus, prorogatio tēpore non censetur prorogatio eius obligatio, vt latē no. Io. and. in Spec. de fideiur. §. ver. illud autē. & do. Abb. in. c. cōstitutus. de fideiur. & do. Card. in. d. cle. j. in. iij. char. ver. viij. bono. tex. in. l. item queritur. §. qui impleto. ff. locati. & in. l. si merces. §. j. eo. tit. ita hic iuramentū interueniens quasi loco fideiussoris nō extenditur ad hanc obligationē prorogata. ¶ Tercio facit. c. clericus. j. eod. vbi qui iurat seruare statuta, nō tenetur ad futura, nisi super illis iterū de nouo iuret. Ita hic iurans soluere in certo termino, nō intelligitur iurare in alio termino, nisi reiteret iuramentū. ¶ Sed contrariā partem, qd etiā in secundo termino daret vinculu iuramenti, Bart. in. l. j. §. & post operis. cir. me. ff. de operis no. nunc. & Bald. in. c. venerabi. in antepe. col. §. de elect. concludens post argumenta, qd prorogās terminū, in quo quis iurauerat, videtur prorogare cū eisdē qualitibus, prout est de natura prorogatiōis, secundū qd singulariter not. glo. fi. c. ij. qui. de praeben. lib. vj. dicens tēpus prorogatiōis censeri eiusdem nature cū prorogato. & videtur text. in. d. l. cū stipulatus sim mihi a proculo. & glo. prima in. c. fin. de precario. & not. Bald. allegādō semper ordinariā glo. in. d. c. ij. qui. in. c. fi. in. viij. col. §. de consu. & in. c. de causis. in. v. col. §. de offi. deleg. & in. c. j. in. vlti. col. §. de iud. & in. l. si cū dies in prin. ff. de arg. & in. c. j. §. si in titu. an ille qui interfecit fratrem dñi sui & in. l. si a te. C. de pac. inter emp. & ven. & l. Amilius. vbi bona glo. ff. de mino. & in. l. si constante. C. de don. ante nup. & in. l. Titij. ff. de excu. tuto. & in. l. obseruare. §. proficisci. in. xvij. qō. ff. de offi. procon. & in. l. non dubiū. in. iij. oppo. C. de le. & in. l. qd dicitur. §. miles. ff. de mili. testa. & in. l. meminisse. ad. ff. de offi. procon. & Bar. in. l. episcopale. C. de episcop. au. & in. l. iij. ff. de dā. infec. & Ang. in. d. §. miles. cū si. ¶ Ad idem fortiter facit notabilis decisio Inn. in. c. preterea requisisti. super verbo, medio tempore. de app. vbi dicit, qd si preceptū est Titio, vt sub pœna excoicationis soluat Sempronio intra x. dies: si Sempronius prorogat terminū, non incidit in excō. latam: quia nō est cōtumax. & si adueniente termino prorogato nō soluit, incidit in excōm. l. sed si manente. ff. de precario. & quia terminus videtur prorogatus cū suis accessorijs. & sequitur ibi Hostien. Ioan. an. & alij & Bart. in. d. §. & post operis. & facit. l. Labeo. aliās incipit, si arbiter. §. j. ff. de arbi. ad idem qd not. Bal. in. l. j. in. x. q. C. de his, quæ pœnē noie. vbi dicit, qd si testator iustitē construi capellā intra an. a die mortis sub certa pœn. & episcopus prorogauit istū terminū simpliciter. q. lapsō termino heres incidit in pœnā: quia nō dicitur aliquid improbari: licet dies prorogetur. & idē pœn. prorogata. sed nō absorbetur. allegat Inn. in. d. c. preterea ad idem. Bald. in. l. acceptam. in. vij. q. C. de vsu. vbi dicit, qd si obligatio pœ. simpliciter prorogatur, euita

tur pœna. sed si in nouo termino non soluit reincident in pœ. Ad idem qd not. Lopus in cle. statutū. de elect. & refert ibi do. Card. in. iij. col. vbi dicit, qd si alicui statuto sit aliqua additio, idem ius intelligitur repetitū in addi. qd erat in statuto. Scidēo contentū in illa additione intelligitur, & quo ad pœnā, & quo ad alia in statuto cōtenta. & hoc dicit probari ibi ex gl. in ver. consue. qd dicit. d. Card. ibi esse singulariter not. & assignat rō nē: quia id qd venit per modū addendi, fit pars illius, cui additur: per. d. l. sed si manente. ff. de precario. bono. tex. in. l. cū ponebatur. ff. de iud. ¶ Et tenendo hāc partē rīderi potest ad contraria. & ad illud qd dictum est de iur. stricte interpretado, rīdet Hosti. in. d. c. praterea. qd in dubio tenenda est ista pars tanquā tutior. & nō dicitur ampliari iuramentū, ex quo tacite includitur in eo, vt trahatur ad prorogationē. Nō ob. qd dicebatur de fideiussore: quia rīdet idem Host. notanter, qd ista cōclud. qd terminus videtur prorogatus cum suis accessorijs, intelligitur de accessorijs dependētibus ex partium pte: sicut est iuramen. pignora, pœna promissa, & similia. Secus in his, quæ nō pendent ab eis, sed ab alijs: sicut sunt fideiussores dati, & res aliē obligatæ: illa em̄ nunquā obligantur, nisi ijdem fideiussore. & dñi pignorū iterū de nouo consentiāt secundū cū in. l. Labeo. §. j. ff. locati. secundū eum & l. si mādato titij. §. Paulus. ff. man. & in. l. fi. C. de don. ¶ T Vnum etiā relatione dignū putauit pro intellectu eius, qd per istū tex. §. dictū est iuramē. respiciens cōmodū partis principaliter, posse per partē remitti: quā illud habet locū nedū in remissione expressa, sed etiam tacita. qd eleganter probatur ex verbis Bal. in. l. fi. in. iij. col. C. de pac. vbi dicit, qd si pater instituit haredē filiam, que dū trahatur nuptui iurauit non habere regressum ad bona patris poterit petere, qd sibi debetur ex testamento, qd firmat Ro. in l. stipulatio hoc nō cōcepta. in. xj. col. de ver. ob. quia pater ex hoc videtur sibi tacite iuramen. remittere. Ex quo incidenter habes vnā limitationē ad. c. quāuis. de pact. lib. vj. reliquis multas & nō vītatat dicā in. c. cū contingat. j. eo. Et qd istud de tacita remissione sit verū, probatur ex eo qd signanter scribit do. Ant. in. c. j. in. x. col. ver. oīa praedicta vera. de his, quæ fi. a. ma. par. ca. c. j. vbi di. qd qñ statutū collegiū cōcernit solū vtilitatē priuatā ipsorū de collegio, tūc omni distinctione omīsa eo ipso, q. vniuersitas vel collegium deliberat venire cōtra statutū videtur remittere iuramen. qd posuit: per istū tex. vñ nō incurrūt periurij, non ex sublatis statuti, sed ex remissione & absolutione iuramē. vnde nō negabitur secundū eū, qd si duo iurauerunt cōtrahere matrim. & de cōi cōcordia quilibet cōtrahit cū alio in illo instanti videtur se absolueri. Facit quia cū pol sint, verisimile est qd velint, ne aliās incurrant delictū periurij & istud bñ not. ¶ T In glo. j. in. fi. no. ex glo. qd interdū debitor simpliciter iurat soluere vsuras. interdū iurat soluere: & nō re petere. & de vtroq. casu, videndū est de remedijs cōpetentibus debitori, cōiungendo dicta. d. Ant. & d. Abba. & Imo. hic quibusdam additis. ¶ Aliqñ debitor iurat soluere vsuras. est pri. mū remedium vt soluat, deinde repetat, vt in. c. debitores. j. eo. ¶ Nam sic seruabit iuramē. & etiā finaliter habebit intentionem: quia licet iurauerit soluere non tñ iurauit repetere: idēo repetere poterit. arg. eorū, que habentur in. c. ij. §. de renū. & q. no. j. de vsur. in. c. per tuas. quo autē istud procedat, dicitur in. d. c. debitores. ¶ T Secundū remediū est, vt antequā soluat, petat a iudice, vt faciat sibi relaxari iuramentū, prout dicitur hīc in text. quia licet iurauit soluere, nō iurauit nō petere relaxationē vel absolutionē iura. & istud remediū & sequens intellige, ante incursum periurij, per ea que dicuntur. ¶ T Tercio est remediū, vt si creditor non vult relaxare, petatur absolutio ab Episcopo. qui potest absolueri a iuramento turpiter suscepto. c. si verū. eo. & dicitur. j. in. j. q. & nō est istud remediū subsidiariū solū deficiente pcedenti, vt dicit Inn. in. c. debitores. j. eod. & Bal. hīc & sentit Lau. de rodul. in tractatu de vsu. q. cxxij. imo & ordinariū, a quo incipi potest, secundū d. Ant. & d. Abb. & Imol. hīc & d. Anto. & d. Abb. in. c. ad aures. qd metus causa. & Imo. ibi & in. c. debitores. in. v. co. j. eo. quia qñ reperitur duo remedia a iure prohibita, videtur eque principaliter prodita



nec vnū est subsidiariū ad reliquū. l. quoties. ff. de actio. & ob. Et pro hoc adducit do. Abbas hic: quia episc. absoluit principaliter à iura. metu prefito. nec est necesse recurrere ad Pa. c. si verò. j. e. no. Inn. in. d. c. ad aures. fortius in casu isto. Nā in gestis per metū obligatio primaria acquirif ex promissione, nihil acquiritur parti. & iuramen. principaliter dirigetur in Deum c. debitores. j. e. scdm eū. Que rō cōtinēt in se vnū falsum esse in iuramē. isto de vsur. soluedis acquiritur oblig. parti directē & principaliter, vt no. ipsemet do. Abb. hic in primo notabili & in cō. c. per istū tex. reprehēdendo. d. Ant. in. d. c. debitores. & istis adde. qd tutius est, & sic practicatur, qd petat priō creditorē cogi ad relaxandū, & qd in cōtumaciā ipm absoluat: scdm dū Imo. hic & in. d. c. debitores. in. v. col. Pro quo vide Old. idē sententiē confi. xvij. qd incipit, ex ordine videat. ¶ **¶** Quartum est remediū, vt debitor cōuētus rōne iura. excipiat cōtra agentē, vt desistat ab exactiōe ex eo, quia sibi cōpeteret repetitio, si solueret. & quia petere pōt, vt ipse creditor relaxet sibi iura. & si illud petiti sibi relaxari, & qd hoc fieri possit firmat Fede. cōf. cclxxij. in pe. col. in. fi. & in. c. pasto. j. de cā poss. & proprietaria. sicut etiā per viā exceptiōis pōt peti rest. in integ. l. nā & postea. §. si minor. ff. eo. l. necnō. §. exēplo. ff. ex qbus cās mai. & bene facit qd no. in. l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoff. testa. vbi etiā interdictū per viā exceptiōis proponitur querela inoffic. testamēti. & facit etiā glo. in. l. Aurelius. §. centū. ff. de lib. lega. & qd not. Bart. in. l. si finita. §. eleganter. ff. de dā. infect. ¶ Sed hoc remediū intelligit hic. d. Abb. habere locū, dūmō cessante termino debito est iuratu non fit lapsus, vel dūmō cessante termino debitor nō sit cōstitutus in mora ex sola iterpellatiōe. qd in istis casibus, quibus est incursum periuuriū: ne in eo perseveret, debet solui postea repeti. d. c. debitores. per ea que dicitur. ¶ **¶** Quintū est remediū, vt iudex offi. cōpellat creditorē paratū ad exactiōnē, vt desistat per. c. tuas. j. de vsu. vt hic per. d. Ant. & d. Ab. Sed cōtrariū tenet hic Imo. quia pars habet remediū qd pōt solvere, & postea repetere. & idē succeditur per. ea que dicitur. hoc autē de dā. infe. & in. c. bong. cū si. §. de elec. videlicet, qd quādiu pōt aliter parti esse succursum, nō debet iudex per ipsius partē vti litatis offic. suū nō repetitū interponere. Bñ fatet Imo. qd vbi pars nō haberet remediū, puta, quia iurasset soluere & nō repetere: istud procederet. & sic loquit. d. c. tuas. & expressē not. In no. in. c. ad nostrā. el. ij. eo. Nec ob. qd etiā tūc cōpetit aliud remediū. l. vt petat creditorē cogi ad relaxandū: quia procedit hic ex quadā equitate potius, quam ex rigore. & idē excludit offic. iudicis, qd etiā super æqtate fundat, iuxta no. per gl. in. l. de pecorib. C. ad. l. Aquil. & per Inn. in. c. ex trāmissa. j. de prescr. ¶ **¶** Adde Lau. de Rodu. in. d. tractatu. q. cxxij. vbi ponit si creditor absens, vel nō pōt induci ad relaxandū, an iudex ex offi. pōt fit relaxare. Et distiguit, an sit absens cōtumaciter, & an de cōtractu vsu. pōsit cōstare. & adde, qd opi. d. Ant. & d. Abb. pōt saluari ex eo, qd alibi singu. dicitur iudicē posse supplere ex officio, vt obuiet peccato euidenter imminētī, nō distiguedo, an parti cōpetat remediū, an nō: vt dicit gl. in. c. cupiētes. §. cētū in li. ver. cōtuma. de elec. li. vj. cū cōcor. quas dicā. in. c. ad nostrā el. ij. j. eo. Itē nihil alleg. Inn. pro eo, qd dicit remediū huius. c. procedere ex equitate. ¶ Adde etiā aliud remediū, videlicet per viā denunciatiōis euāge. nā licet creditor nōdū receperit vsu ras: tñ peccare videtur retinēdo debitorē obligatū: idēdō pōt p dictā viā peti, vt desistat à peccato. & qd relaxet obligationē secundū Imo. hic. Cui adde incidenter vnū, vt qd si excep. vsu. deducitur corā Episc. post qd in curia seculari lata est snia quæ transiuit in tē iudicatā, nō debet episc. inhibere, ne executio fiat sed post executionē cognoscat de exceptiōe vsura. ita latē cōsuluit Anc. cōf. cccxix. incip. casus talis est, pcept. & ita p plura pridie cōsului. ¶ **¶** Aliqñ debitor iurauit soluere, & nullā qd sione mouere, vel absolutionē aliqñ nō petere. & querif de remedio, vt soluat. postea petat, vt est dictū. §. qanō iurauit nō petere. ¶ **¶** Scdm remediū ē, vt denunciēt ec. qd nullū iura. ipe dit qd quis nō denunciēt criminofum, vt tradit in. c. que ad. j. eo. & not. gl. in. ad nostrā. el. ij. eod. & in. c. veniēs. j. de regul. & in. c. autho. xv. q. vj. & Inno. in. c. ad aures. prope finē causæ &

Lau. in. d. tractu. q. cxxvj. debet tñ denunciās fundare se super salute proximi, & nō principaliter super interesse suo: quia tūc obfaret ei iuramen. secundū Hosti. in. d. c. que admodū. & do. Ant. Imo. & d. Abb. hic, subdentes qd pōt etiā per viā cuiusdā intimatiōis restitūi creditori, vt iudex certificatus infret circa correctionē peccati. & in hac nō requiritur alia monitio secū dum ipsos. & allegat. d. Abb. c. preterea. el. ij. de spon. vbi est casus de hac intimatiōe, quæ fit iudici ad peccatū obuiādū sine aliqua monitiōe. & facit. c. tertio loco. §. tit. j. nec haberet locū hic denunciatio iudicialis: quia illa tendit ad propriū interesse vt hic per. d. Abb. Ad qd vide eundē in. c. nouit. in. pe. col. §. de iudi. & Calde. in. tit. de accu. confi. v. incip. denūciat ecc. ¶ **¶** Tertiu remediū est, vt petat debitor absolutionē à iuramento, absq; eo, qd citari faciat creditorē. & hoc remediū sentit Ioan. and. in. spe. super. rub. de iureiur. in. fi. dicens, qd per eā nō detrahitur multū iuri aduersarij, sicut in liberto, qui petit veniā à iudice, vt possit agere cōtra patronum, vt. l. iij. ff. de in ius vo. ¶ Sed hoc nō placet do. Abb. ex duplici capite. ¶ **¶** Primū, quia satis exponit querelā de aduersario, proponēdo qd eū illicitē astringit iuramento. & sic venit contra iuramentū. Secundū, quia nō pōt negari, quin ex relaxatione iuramētī fiat preiudiciū creditori. argu. c. fi. de fo. cōpe. li. vj. Ergo nō debet fieri absolutio eo non vocato. & vocari nō pōt, quin aduersarius incidat in periuriū, exponēdo querelā cōtra illū. & sic do. Abb. impugnat hoc remediū. Itē repetit inferius in alio loco, dicens qd si iurauit nō denunciare, tñ pōt: quia nullū iuramē. astringit respectu denunciatiōis. ¶ Sed in quātū reprehendit Io. an. dicētes, qd nō requiritur citatio, ne cōtraueniat iuramē. de nō vocando in ius, dic sedm Imo. hic, qd transire pōt dictū Io. an. videlicet, qd procedat, qñ petif absolutio ab isto iura. in quātū iurauit nō petere absolutionē, nec in ius vocare creditorem. & hoc casu nō requirit citatio, sed postquā fuerit absolutus à tali iuramen. prefito super vsuris soluendis, vel nō repetēdis, bene debet pars citari, seu ipse creditor: per ea que dicitur. & hoc modo soluat hoc remediū. Ad qd tñ vide qd dicitur. j. in l. j. limi. iij. q. & predicta remedia etiā cōpetūt, qñ vsurę sunt solutæ, & iuratu est nō repetere. Si autē est iuratu nec repetere nec querelare, nec denunciare, adhuc pōt denunciari, per predicta. & est locus offi. iud. per. c. tuas. j. de vsu. & istis adde Richa. in. iij. dist. xxxvij. q. cū artic. iij. vbi concludit nō valere votū de nō petēdo dispensatiōnē à Papa super certo voto. & rōnes suę faciunt in proposito, vt nō valeat iura. de nō petendo absolutionē à iuramen. & etiā tangūt. d. Ant. Imo. in. c. quinquāual. li. j. eodē. & ibi dicitur. ¶ **¶** Extra gl. circa quotidianā materiā absolutiōis à iuramen. quero priō, vtrū episc. possit absoluerē à iura. & dic qd sic: qñ iuramentū nō est manifestē licitū, & vtile, sed est dubiū: vtrū sit licitum vel illicitū, proficiū vel nociuum, simpliciter ab aliquo casu: quia pōt episc. dispensare vel absoluerē à iura. scdm oēs doc. hic Inn. in. c. debitores. j. eo. & latē Lau. de Rodu. in. tractatu. de vsuris. q. cxxij. & beatū. Tho. ij. ij. q. lxxxvij. & Inn. d. Ant. do. Abb. & Imo. in. c. ad aures. §. quod metus cā. & doct. in locis allegandis. & facit. c. cōstitutus. §. de testi. & tex. hic & in. c. si verò. el. j. & in. c. significauit cū similibus. j. de cens. Ad idē ca. cū quidā. §. si. j. eo. vbi dicitur, qd absolutionē sunt ij, à quibus illicita iuramēta extorta sunt. & tñ non dicit per que fiat absolutio. ergo innuit, qd episc. referuat. arg. c. nuper. j. de senten. excō. & ita etiā no. Io. an. in. d. c. cū quidā. Et istud habet locū etiā qñ iuramentū, quia tunc nō est necesse vt iudex adimpleat prius iuramentū, vel facit compelli recipientē ad relaxationē, sed pōt directē petere absolutionē, secundū Inn. in. c. ad aures. quasi in fi. que sequi turdo. Abb. in. c. & hic. Et Lau. in. d. tractatu. q. cxxv. ¶ **¶** Item procedūt ista, etiā in iuramento, qd seruari pōt sine interitu salutis æternę sed est perniciosum exēplo: quia pōt & debet per ipsum relaxari. put Anc. in. c. venerab. ad fi. §. de elec. ¶ **¶** Itē procedūt, si episc. vellet cōmutare iura. vt dicit in. c. peruenisset. el. ij. e. ¶ **¶** Sed aduerte diligenter: quia ista nō procedūt, vbi est probabile dubiū an sit cōcedenda absolutio, vel nō: quia tūc illā concedere nō pōt inferior à Papa etiā legatus, vt est de mēte Inn. in. c. venerabilem

nerabile in glo. incipiente, tali modo. §. de elect. & expressē no. Imo. j. eo. cū cōtingat. in. xxvij. char. ver. no. diligenter. allegans ad idē Ray. in summa de dispensatiōe in nouis. & multū diligenter est notandum, secundum eum & bene, quia cū plerisq; casibus sit expressa contrarietas inter doctores, an danda sit absolutio, vel nō, nō poterit eā ordinarius cōcedere, sed vbi probabiliter certum est debere dari absolutionē, vt si est prestitū per metum, vel vim, vel in casibus predictis potest absoluerē, vt in locis preallegatis. ¶ **¶** Attamen Spe. tenet contrariū in ti. de legato. §. nunc ostendendum. versi. xxij. videlicet qd episc. potest interpretari an iuramentū indiget absolutione, vel non & ipsum valde sequitur do. Abb. in. d. c. venerabile. in. vij. co. in cap. cūm venisset. in. iij. col. §. de iudi. & in disputatione sua incip. stante statuto. in. xvij. col. & do. Ant. in. c. qto. in. pe. col. j. eo. & sentit expressē Domi. in. c. fin. in vlti. col. ver. si. si tamen vertatur. de foro compe. lib. vj. Respondet Specu. ad. c. venerabilem. dupliciter. Vel quod procedit in negotio arduo, & inter magnas personas. vel quando agitur de danda licentia contrauenienti sine permutatione, vel aliqua commutatione in melius. & ista opinio est approbata de consuetudine quia etiā vbi est magna diuersitas inter scribentes, an danda sit absolutio, vel non: episc. censet iudex cōpetens. & ita transeo quicquid aliās scripserim in. d. c. ij. de spon. ¶ **¶** Secundū quæro: vtrum capitulum sede vacante possit absoluerē à iuramento, prout episc. & arguitur quod non: quia hec est quedā dispensatiō. per eam fit iuris relaxatio. & dispensatiō nihil aliud est qd iuris cōmunis relaxatio, vt no. in. c. vt constitueretur. l. di. & in. §. nisi rigor. j. q. vij. & per Inno. in. c. dilectus. §. de tempo. or. in addi. sed capitulum succedit in iurisd. episc. c. vnico de maio. & obediens. in. vj. vt scilicet procedat de iure: non autem vt ius relaxaret. ¶ **¶** Preterea videtur pro hoc expressa decisio Inn. in. c. ij. de eo qui fur. ord. fus. vbi dicit, quod prelati inferiores ab episc. nō dispensant, nisi in casibus à iure expressis. & iste non est expressus. & dictum Inn. sequi Arch. in. c. ecclesia habet senatum. xvj. q. j. & d. Ab. in. c. j. in. fi. j. eo. de voto. & in. c. cū ad monasterium. in. pe. col. j. de sta. mo. & in. c. j. de priuil. & Do. in. c. cū ex. in. ij. col. de elec. in. vj. & in. c. cū nullus in vlti. col. de tempo. ordi. c. li. & istud de dispensatione extendit ad absolutionem ab excoicatione: vt non competat inferioribus ab episc. nisi iure exprimat secundum Do. in. c. ij. de sent. excōi. propter qd magis firmat ista pars de absolutione à iuramēto, vt non cōpetat inferiori. ¶ **¶** In contrarium facit: quia sede vacante succedit capitulū in spiritualibus cū temporalibus. c. pe. & fin. de sup. negl. prela. lib. vj. in capitulum ergo transeunt omnia, que pertinent ad episc. in iure suo. Vnde etiā potest iudicare de hæresi. c. ad abolendam. j. de hære. & dat coadiutorem episc. de menti qui non respicit. c. vnico. §. si verò. de elec. lib. vj. & multa alia que colligit Io. an. in. c. vnico. de maio. & obe. in. vj. & ibi doc. ¶ **¶** Item dispensat super Sempronio in casu dicti. c. cū ex. eo. & ibi no. Io. an. super gl. qd incipit, licet igitur & ibi do. in. ij. eo. & latē Fede. confi. xxx. incip. an capitulum, sede vacante. Pro hoc allego glo. notabilem in. d. c. ecclesia habet senatum. que dicit, quod capitulum eligendo idignū dispensat cū eo, sicut episc. nisi ei sit iure prohibitum. Item negari nō potest, quin hoc sit iurisdictionale, qd tenet Io. An. in. Spec. de legato. §. nūc de episc. versi. sed nūquid legatus. ergo succedit capitulū. c. his quæ. & cum olim. §. de maio. & obe. & c. cū non inueniatur prohibi tum. Itē ista non est propriē dispensatiō, sed potius absolutio, vel denunciatio, qd tali iuramento non teneat. ¶ **¶** Et ita per hec consuluat in terminis do. Car. confi. xxxvij. incip. quædā habēs vnum filium, in secūdo dubio. Ad rationē in cōtrariū respondet. Et ad primam negat qd sit dispensatiō, & si etiā est, adhuc permittitur capitulo, per. §. dicta. Ad secundū de dicto Inn. in. c. ij. de eo qui. fac. rndet. qd capitulū quatenus succedit episc. nō est inferior episc. sed par: quia gerit vices episc. vnde quāuis iure capituli dispensare non possit, vt per gl. in. ver. elegerunt. in. c. ex insinuatiōe. j. de symo. tñ iure episc. potest, vel (vt est dictum) non est dispensatiō, sed absolutio, quæ ad iurisdictionē episc. pertinet. & vtraq; responso fuit Fed. in. d. cōf. xx. possit etiā dici

vltra do. Cardi. qd potestas dispensandi competit inferiori ab episc. habenti iurisdictionē quasi episc. in oibus casibus, in quibus episc. pōt dispensare, vt elegāter decidit Fed. cōf. xiiij. inci. monachus perusinus. in. iij. col. que sequitur do. Abb. in. c. at si clericus. §. de adul. in. x. col. §. de iudi. & bene facit quod no. Inno. in. c. ij. in. fi. de tranfac. & gl. in. cle. si vna. in. vers. proprij, de reb. eccle. non alie. cū cōcor. ¶ **¶** Tertiū quæro, vtrum iudex secularis possit absoluerē à iuramento: & dic quod ratione spiritualitatis, quam in se habet iuramentum. Patet ex notatis in. d. c. venerabilem. & per gloss. fin. in. c. cūm sit generale. §. de foro competenti. & per domi. Abba. in. c. significante. in. j. notaj. de pigno. & Hostien. in. c. tuam. super gloss. §. de ordi. cogni. & per omnes in cap. fin. de foro competenti. lib. vj. ¶ **¶** Possit tamen iudex secularis in casu huius decreta. & similia. compellere recipientem turpe iuramentum, vt ipsum relaxet, vt expresse sentit Fede. confi. cclxxij. incipien. in nomine domini, amen: statutum ciuitatis. prope fin. de ipso festum facit Roma. in. singu. cccccxiiij. incip. vbi iuramentum loquens propriē in casu huius capituli. & dicit quod à quibusdam variē in hoc consuluat fuit: tamen ita iudicauit: quia iudex secularis est competens ad cogendum partem super obseruantia iuramenti. c. licet. eodē titulo. in. vj. ergo eadem ratione potest compellere ad relaxandum. ¶ **¶** Possit etiam iudex secularis declarare quem incurrisse periurium casu, quo de hoc non esset dubium, secundum Roma. in. singu. cccccxxx. incip. Ego coram magnis doctoribus. quæ lex secularis punit periurum. l. j. ff. ad Turpill. l. si quis maior. C. de tranfac. ergo & iudex potest hoc declarare. Et adducit quod not. domi. Anto. in. c. cūm si generale. §. de foro competenti. vbi dicit, quod etiam secularis potest punire, quod non est consequēs. poterit etiam cognoscere, quod est antecedens. Sed intellige, quando de hoc non est questio iuris, sed facti, per nota. in. l. Titia. ff. solu. matrimo. per Bart. & alios & domi. Anto. & domi. Abba. in. c. tuam. §. de ordi. cogni. ¶ **¶** Possit etiam secularis cognoscere de nullitate absolutionis ex iuramento factæ per ecclesiasticum, secundum Petr. de Ancha. multū solenniter confi. cclxxxij. incip. retento ordine dubiorum in. iij. col. Mouetur per plura, maxime per notata per Ioan. And. in. c. cū in iure. §. de offic. deleg. & in. c. j. de offic. ordin. vbi dicit, quod iudex secularis non tenetur exequi præceptum ecclesiasticum si sit vel suspicatur de eius iniustitia. & probatur per locum à speciali. in. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hered. lib. vj. & ex eo quod no. Bar. in. l. diuus. ff. de custod. reorum. paulo post principi. non in exemplo, sed in ratione sui ipsius, & in specie notat do. Abba. in. c. j. v. col. §. de offi. ordi. vbi vide. respōdet Pe. ad. c. fi. de except. lib. vj. vbi iudex secularis debet sequi sententiam iudicis ecclesiastici. Nam hoc verum, secundum eum vbi euidenter non apparet nulla, vel iniqua. qd bene not. ¶ **¶** Et istis modis acceptari possunt animosa & insolētia verba Bal. in. l. j. in. j. col. ver. modo solet dubitari. C. de ope. liberto. vbi dicit, quod si est interpositum iuramentum in contractu simulato cognoscere de nullitate huius iuramenti, & relaxare non est propriē relaxatio, sed declaratio non tenere, licet ad episc. pertineat: secundum iura canonica & secundum ciuilia pertinet ad iudicem causę: quia non habet super iuramento disponere, sed declarare. & dicit se nescire. quæ Canonistæ reuocēt hoc ad suū imperium, in. d. c. fi. de foro compe. li. vj. persuadendo sibi met, qd cā sit spiritualis. Sed hoc non est verum, secundū eum. quia iuramentū qd non habet consensum, non habet spm, & iudex secularis pōt cognoscere super consensu. Ergo est necessaria cōsequētia, super iuramento. & dicit, qd domini sui Canonistę dicunt qd in dubijs spūalibus ecclesia cognoscit. & quicquid dubium trahunt ad suum molendinū. & de facto cōiter ecclesię defertur, & est pars mitior: scdm eū. Ad idē vide Bal. in. l. nec patronis. ad fi. C. de ope. liber. vbi dicit, qd quando lex presumit simulationem in contractu, nec est necessaria probatio hominis, iuramentum nihil operatur. Nec est necesse adire episc. pro relaxatione eius, per iura, de quibus ibi per eum. Quod bene no. qd declara, vt Cal. in. isto ti. confi. j. ¶ **¶** Quarto quæro, vtrum in absolutione à iuramento requiratur citatio partis: cuius

*alior 492, et margino de d. l. i. j. de c. 263. qm ibi pape ongi 29. infra l. i. de fili. m. cam. s. i. j. de i. l. n. 7. de o. ope. s. v. n. haberi*



Et ista est... interest: & breuiter conclude, vt hic per do. Abb. dicentem, qd vbiunq; iuramentu est obligatoriu ex parte iurantis, & ali...

